scilicet Prima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo. Regni vero Nostri Septimo Anny.

Ad Relationem Illustrissimi ac Excellentissimi Dni Dni Joannis in Warklany Wiele Comitis a Borch Vicecancellarii Regni Lucinensis, Daugavilisce &c. Capitanei

Quietat Spectabilis Antonius Botta Civis Mercator Varsaviensis Museum Stanislaum S.R.J. Principem Lubomirski Palatinum Braclaviensem de Summa Flor. Pol. simulq eandem Illmo in Christo Patri Andreæ Młodziejowski Supremo Regni Cancellario cedit.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Retroq; præfectibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Spectabilis Antonius Botta Civis Mercator Varsaviensis sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscendæ se, suis cum successoribus, ac bonis generalibet omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte, bonevalè ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Magnum Stanislaum S.R.J. Principem Lubomirski Palatinum Braclaviensem, tum Reverendum in Christo Patrem Andream Stanislaum Kostka Młodziejowski Episcopum Posnaniens. Supremum Regni Cancellarium de Summa Centum Millium Flor. Polon. ex majori Summa emergente sibi Recognoscente per Supra memoratum Museum Palatinum Braclaviens. debita, et per Eundem die Vigesima Decembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo Supradicto Rndo in Christo Patri Supremo Regni Cancellario ad exsolvendum promissa, jam verò per Eundem Rndum in Christo Patrem Supremum Regni Cancellarium, et quidem primo die Vigesima tertia Mensis Decembris Anno supra expresso Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo Summam Sexaginta Novem Millium Octuaginta quatuor Flor. Polon. in contextu

tu Tabella seu Transactionis inter Eosdem Die Decima Septima Madi Anno immediate preteri-
to Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Nono Subsecutæ, Actisq; Metrices Cancellariæ Majoris
Regni Sub die Vigesima quarta Ejusdem Mensis roborate Specificatam Sibi Recognoscenti effe-
ctivè enumerande; Deinde die Vigesima Julii An-
no eodem Millesimo Septingentesimo Sexagesimo
Nono ad multas Sui Recognoscentis urgentè requi-
sitate protunc Laborantis Expostulationes et re-
quisitiones altefati Magnifici Palatini Braclavie
eo intuitu factas, Idem Sibi Recognoscenti Sum-
mam Triginta Millium Nongentorum Sexdecem
Flor Polon realiter exsolvendo, totaliter plenarie pa-
cificare, ac Sufficientem modo et tempore quibus
supra Sibi Recognoscenti Satisfactionem quietat
absolvit, et liberos mittit perpetuo et in evum. Sum
mamq; memoratam Centum Millium Florenos Polo
in Personam Supra expressi Recognoscentis Pendi in Christo Vi-
tis Supremi Regni Cancellarii uti Sibi Recogno-
scenti eandem Exsolventis cum omni jure suo Credi-
tum transfert, transfundit et plene derivat, Recron in-
stituens Illius Evictionem omnimodam suis cum Suc-
cessoribus caveat, idq; Sub Damnis Terrestribus Simpli-
citer et absq; juramento taxandis, cæsuq; non præsti-
te Evictionis adsolvendum irremissibiliter Succum-
bendis. Pro quibus, ac rerpsa principali Forum Ubiqui-
narium Respondendum peremptorie Sibi, Suisq; Suc-
cessoribus assignat. Hac ejus personali recognitione
ad premissa mediante. Aliàs in forma Quietationis
Cessionis seu Transfusionis de jure plenissime.
Pro majori vero firmitate manu propria se Subs-
cripsit. Joannes Antonius Bolla. Quam ejusmodi Inscriptio-
nem Quietatoriam et Cessionariam &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria ~~Quinta~~ Sexta in
Immaculatæ
Vigilia Festi, Conceptionis Beatissimæ
Virginis Mariæ, Die scilicet Septima
Mensis Decembris Anno Dni Millesi-
mo Septingentesimo Septuagesimo
Regni vero Nostri, Septimo Anno.
Ad Relationem Supraseri Illustrissimi et Excellmi
Dni

Roborant Contractum Gsii Manowscy Vladislaus Patruus et Petrus Filiaster Manowski.
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, dictisq; præsentibus Medices Regiæ Cancellariæ Nræ Minoris comparentes personaliter Grafi Vladislaus Patruus ab una, et Petrus Siue, et Josephi Fratris Sui germani nomine; pro cujus ratihabitione præstat cautel; agens, ejusdem Grafi Vladislai respective Filiaster, Manowscy parte ab altera, sanimentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et juridictionibus Suis quibuscvis propriis, huic autem Nræ Regiæ quà ad infra tantum recognoscenda attinet, se suisq; cum Successoribus, Bonisq; generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, gratâ Sponte ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quin Imò Contractum certum et compositionem occasione Sortium Suarum hereditariarum tam in Villa Kopki Pogroszewo in Palatinatu Masovia Districtu Błonie in Terra Varsav, quam in Villa Rokale in Palatinatu Rawa Terra vero Rzkiaeszy sitis respective habitarum inter se Partes Recognoscentes Nræ Varsaviæ sub die Decima Mensis Novembris Anno "currenti" initum, Conclusum et Conscriptū, manibusq; Sui Partium propriis et Amicorum Subscriptū, Vadiaq; Mille quingentorum Flor Pol. firmatū, in omnibus et singulis ejusdem Contractus et Compositionis punctis, clausulis, Articulis, nexibus et ligamentis approbant, roborant, confirmant et ratificant, Eidemq; stare, parere, et plene Satisfacere se Suisq; cum Successoribus, ac Superstitibus Bonis Suis Generaliter omnibus habitis et habendis inscribunt, obligant et asecurant, idque sub simili Vadio Mille quingentorum Flor Pol. Casu alicujus dicto Contractui et Compositionis Contrauentionis advenire Succumbendo. Pro quo, ac re ipsa principali Forum Judicii Terræ aut Officii Castrey Varsaviæ ad respondendo peremptorie Sibi Fatisq; Suisq; Successoribus assignant. Hac cor personali recognitione ad Gratiæ mediante. Pro majori vero firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Manowski Władisław

Piotr Manowski

Quam ejusmodi Inscriptionem Roborationis sic ut præmittitur factā et recognitā, Nos firmam ac de jure validam habere volentes, eandem ad Acta præsentia Nostra inseri, et ex illis fideliter describi fecimus ut supra.

30. Donat Grus Vladislaus Manowski Patrues
Sortes in Bonis Koprki Pogroszewo, Gn Terra Varsav.
Districtu Blonen consistens Gō Petro Manowski
Filiastro suo.

Stanislaus Augustus &c
Significamus &c Quod coram Nobis Actisque praesentibus Metricis Regni Secretariae Nrae Minoris Comparens personaliter Grosus Vladislaus Manowski
Sanus Mente et corpore existens, recedendo, à Sors, Terris, Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infra tangendum recognoscenda, se Suis cum Successoribus, Bonis recognoscendo, Generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando pactum, sponte ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse inhaerendo Contractui Actis praesentibus Bona Sua seu Sortes Suas proprias et haereditarias in Villa Koprki Pogroszewo in Palatinatu Masoviae Terra Varsavien. Districtu Blonen Sita et jacente ad se Recognoscentem jure Divino et naturali Successionis devolutis, cum omni Carundem Sortium jure, dominio, haereditate, proprietate, propinquitate, utilitatibus, usibus fructibus, reditibus, proventibus, agris, pratis, Campis, hortis, pascuis, aedificiis, structuris, Sallandis, granariis, stabulis, piscinis, subditis, utriusq; sexus, eorumq; laboribus, attinentiisq; et pertinentiis nihil pro se Suisq; Successoribus aut quopiam alio reservando, nec non cum jure propinquitatis rehabitionis aliarum Sortium Manoyseterarum, alias vta late, longe et circumferentialiter, prout praefatae Sortes se extendunt ac quoquomodum ad se pertinebant et pertinere debebant, jam exnunc et deinceps Gō Petro Manowski olim Grosorum Thomae Manowski et Sophiae Zaremiensk Filio olim vero Joannis Gaspari Manowski et Catharinae de Paprocka Repati Filiastro suo, Illiusq; Successoribus

ribus, Dat, donat, inscribit et resignat, prout praesentibus dedit, donavit, inscripsit et resignavit pure, mere, vere, et irrevocabilis Donationis ac hereditatis titulo perpetuo et in aevum. In quus quidem Sortes praesentibus Donatas et resignatas Idem Gnosus Recognoscens Gnoso Donatario Suo realem Intromissionem cum actuali et pacifica possessione per Ministerialem quemvis generalem Regni et Nobiles duos facilius ad id conducendos, quovis tempore capiendam, a modo dat et libere admittit, datamq; et admissam nec per se, nec per quasvis submissas et subordinatas personas praepedire, denegare et interturbare, quinimo Eundem Gnosum Donatarium Suum ab omni et quavis impetitione juridica quarumvis personarum propinquarum et remotarum occasione dictae Sortium quocunq; titulo exoriunda quovis tempore in omni Judicio ac Officio Regni tueri, defendere, evincere, eliberare et indemnem reddere Suis cum Successoribus Bonis suis generalibus se submittit, ac Super Bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis inscribit et obligat, idque Sub Vadio Mille Quingentorum Florenorum Polon. Casu Contraventionis in aliquo Gnosti Donatarii Sui Donatorii seu non tactae tuitionis et Evictionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio taliter, et eadem de succubito, Stathis existens, coram Judicio Terrestri Sive Officio Castrensi Varsaviensi suis cum Successoribus peremptorie respondere teneatur. Hae sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias informa Donationis et Resignationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Wladislaw Manowski

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatorii et Resignationem ut omnibus facta et recognita, Nos Judices ac de jure valida et libere volentes Gn. Petrum ut supra.

Donat Gnus Petrus Manowski ~~[illegible]~~ Sortem suam in Bonis Rochale in Terra Sochaczew jacen Gno Vladislao Manowski Patruo Suo.

32.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actis q; prætextibus Metricis Ræ Cancellariæ Nostræ Mineris Comparens perakr Generosus Petrus Maniowski olim Generosi Thomæ Magnowski et Sophiæ Łaźnieńska Filius, olim verò Generosi Gaspari Magnowski et Catharinæ Saporska Nepos, [illegible] existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis, huic autem Nræ Regiæ quæ ad infra tantum recognoscendo Se Suis eum Successoribus, Jac Bonis generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, patam, Sponte ac per expressum recognovit. Quia Ipse Bona Sua, seu Sortem Suam propriam et hereditariam in Villa Rohale in Palatinatu Łaz Terra verò Sochaz, sita habitam, in Se Recognoscery post fata Matris jure Divino et naturali Successionis debitam, cum omni ejusdem Sortis jure, Dominio, hæreditate, proprietate, propinquitate, reditibus, utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, Campis, hortis, pascuis, aedificiis, structuris, lacubus, Molendinis, Subditis utriusq; sexus eorumq; laboribus, Curiisq; attinentiis et pertinentiis, nihil ex illa pro Se Suisq; Successoribus, aut quoquam alio reservando aut excipiendo, sed ita, Late, Longe et circumferentialiter prout præfata Sortis hæreditas se extendit, ac quem Dominum ad se pertinebat et pertinere debebat, jam ex nunc et de facto, idq; inhærendo Contractui Actis 9bris Roderno Sub Actu roborato, per Wladislao Maniowski Patruo Suo, Illiusq; Successoribus Dat, donat, inscribit et resignat, prout Ipse dedit, donavit, inscripsit et resignavit, pure mere, perpetuo et irrevocabiliter Domino Gnidem Sorte præsenti. Bonis Donata et resignata Ipse Gnus Recognoscens Gnoque Donatario Suo realem Intromissionem et actualem et pacificam possessionem per Ministeriales quemvis gentes Regni et Nobiles duos facilitz ad id conducendos quovis tempore capiendas absque Dat et libere admittit, Datag; eandem sed nec per se, nec per quasvis Submissas et Subordinatas personas impedire, denegare aut interturbare, quinimo Eundem Gnum Donatarium Suum Gnum Successores ab omni impetitione Juridica omnino et singulariter penitus propinquare et remotare decrevit

ne

ne Statæ Sortis quovis modo exoriundæ, omni tempore in omnibus
Dicio et Officio Regni hujus, defendere et evincere ac indemnem reddere
suis cum Successoribus se Subm[issit], ac Super Bonis suis generali-
ter omnibus habitis et habendis inscribit et obligat Sub Vadio
Mille Quingentor Flor Pol: casu in aliquo Contraventionis Hæs
Inscriptionis Donatoriæ et non facte tuitionis et evictionis ad
solvendi Succumbendo pro quo quidem Vadio ac re ipsa principali
Citatus existens "[illegible] recessu quo supra" coram Judicio Terrestri Sive Officio Castri Var-
saviensis suis cum Successoribus peremptorie respondere benebitum
habens personali recognitione ad præmissa mediante. Alias
in forma Donationis et resignationis de jure plenissima. Pro
majori veratis mitate manu propria se Subscripsit.

Piotr Manowski

Quam ejusmodi Inscriptionem Donatoriam sicut præ-
mittitur factam et recognitam, Nos firmam, ac de jure
validam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Quietant se mutuo et ab invicem Jus Vladislaus
Patruus et Petrus Filiaster Manowscy.
Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actis &
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ
Minoris Comparentes personaliter Jnosi Vladi-
slaus Manowski Patruus, ab una, et Petrus
Manowski olim Grosorum Thomæ Manowski
et Sophiæ Zakrzewska Filius, olim vero Ge-
neroforum Caspari Manowski et Catharinæ
Paprocka Nepos, ejusdemque Jnosi Vlad. Stai
Manowski respective Patruus suus et Jnosi
Josephi Fratris sui germani: pro cujus rati-
habitione pactum cavet et de: inscribit: nomine
agens, parte ab altera, sani mentibus et cor-
poribus existentes, recedendo à Foro, Terris,
Districtibus, et Jurisdictionibus suis quibuscis
propriis, huic autem Nræ Regiæ quidem infra
tantum recognoscendæ sedi subjiciendo et
incorporando, palam, sponte, benevole acper
expressum recognoverunt, præsentibusque re-
cognoscunt. Quia ipsi Satisfaciendo nexui
Contractus inter se Recognoscentes Partes

hic

hic Varsaviæ sub die Decima Mensis Oc-
tembris Anno currenti inito, Actisque præsen-
tibus Metrices Kodierno sub Actu roboratæ.
jam earum et de facto, de omnibus et quibusvis
pretensionibus mutuo et ad invicem ad se ha-
bentibus, ea re, et occasione Sortium in Bonis
seu Villa Koprki Pogroszewo in Terra Varsav
Dctu Bones sitt. pultutant, sus, mutuo et
ab invicem sequietant, dimittunt, Liberos, ab-
solutosque faciunt et pronuntiant, dictasq
pretensiones suas in hanc usque diem pro-
venientes cassant, mortificant et annihi-
latt, sibit sibi Partibus Suisq; Successoribus
respectu earundem pretensionum juris
pretextus reservando, imo tam sibi Par-
tibus quam Suis Successoribus intuitu
illarum perpetuum Silentium imponen-
do. Stis Suis personalibus recognitionibus
ad præmissa mediantibus. Alias informa
Quietationis de jure plenissima et perfe-
ctissima. Pro majori vero firmitate ma-
nibus propriis se subscripserunt.

Wladislaus Manowski

Petr Manowski

Quam ejusmodi Quietationem sic ut præmittitur
Facti et recognt. Sc. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Tertia ante Festum Sancti
Thomæ Apostoli proxima
Die scilicet Decima Octava
Mensis Decembris Anno
Domini Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo.
Ad Relationem Supraseri Illmi

ad excellmi Dni Dni Procancel-
larii Regni.

Roborant Contractum Resignatorium Curie Me-
dietatis Sinterowski dicte Varsavie sitt, Magca Bar-
bara de Winklery Radvieuska Castellana. Juni-
vladislavien ab una, et Gnosi Ogińskie Ensiferi
M.D.Litt. Conjuges parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &. Quod coram Nobis, Actisque
praesentibus Metrices Regni Cancellaria Wrā
Minoris Comparentes personaliter Magca
Barbara de Winklery primarum, Gnosi olim Jo-
sephi Rudnicki Vexilliferi Brzegostien secundar
verō Nuptiarum Mcti olim Brisostomi de Zboży
Radoriewski Castellani Juniwladislavien Conso-
Legitima, Viduā ad praesens relicta, In debita
de jure Mcti Thaddei in Lipie Lipski Castella-
ni Lanciciensis ad actum praesentem Legitum-
pti assistentia agens ab una, et Gnosi Andreas
Ogińskie Ensifer M.D.Litt. et Paulina de Szer-
bekie Conjuges ab invicem legitimi; Maritus quidem
per se, Conjunx verō in assistentia ejusdem Gnosi
Mariti Sui agentes parte ab altera, Sani men-
tibus et corporibus existentes, recedendo à Foro,
Terris, Districtibus et Jurisdictionibus Suis gudum-
vis propriis, huic autem Nrae Regiae quo ad infra
tantum recognoscenda, se Suis cum Successoribus,
Bonisq; generaliter omnibus Subjiciendo et incor-
porando, palam, benevole ac per expressum reco-
gnoverunt, praesentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi
Contractum Certum Resignationis „ mediatis
Sinterowski olim dicte „ Varsaviq; „ in Platea transversali, deffe-
rendo ex publica Platea, Dluga seu Szeroka
dicta muro Religiosar Monialium Regulae
Sanctae Brigittae adjacentis in fundo hereditā-
rio Sitae, Lris Varsaviae Sub Die Vigesima Secun-
da Mensis Octobris Anno nunc Currenti inter
se initum, Conclusum et Conscriptum, manibusq;

Sui

Partium propriis Subscriptum, et Sigillis gentilitiis communitum, Vadioq; Sex Millium Florenor. Polon. firmatum, in omnibus et singulis ejus punctis, clausulis, nexibus, articulis et ligamentis mutuo et ab invicem roborarunt, approbarunt et confirmârunt, præsentibusq; roborant, approbant, et confirmant, eidemque se parituros, et plene ac totaliter Satisfacturos se suis cum Successoribus Submittunt, ac de et super bonis suis generaliter omnibus inscribunt et obligant idque. Sub simili Vadio Sex Millium Flor. Pol. Casu contraventionis per Partem Contravenientem Parti illum tenenti ad Solvendum irremissibiliter Succumbendo. Pro quo, ac re ipsa principali, Forum Bonis competens ad respondendum peremptorie sibi, suisq; Successoribus assignant. Actis eorum personalibus recognitionibus ad præmissa mediantibus. Aliasq; in forma Roborationis de jure plenissima et firmissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Barbara Radoniewska Kasz Jerzy
Thadeus Lipski Castellan Lanciciens. ad hunc actum Deputatus assistens
Andreas de Pozniakow Ogiński Ensifer M.D. Lithuan. Gen. Kor. Ltr.
Paulus Szembekius Ogińska M.W.L. Quæ ejusmodi inscriptionem Roboratoriam &c. Actui subjungo.

Donat et resignat [illegible] Gintérowski Dilo Varsaviæ sitam
Illma Barbara de Winklery Radziewska Castellana Juniwladislaviensis Ensiferis M.D. Lith. Conjugibus.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis Actisq; præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Strie Minoris Comparens personaliter Illma Barbara de Winklery primarum Nupt. olim Josephi Rudnicki Vexillifери Bidgostien, Secundarum verò Nuptiarum Illmi & Excellmi Thadæi de Ebozy Radziewski Castellani Juniwladislaviens. Consors Legitima relicta ad præsens Viduæ

in

in debita de jure Magfci Thaddæi in Lipè Lipsii Castellani Lanciciensis ad actum presentem ea assumpti assistentia agens, sana mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se suis cum Successoribus, Bonisq; generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Eam Ipsa Bona sua propria hereditaria, videlicet totam et integram, "medietatem" juridicam muratam Varsaviæ in Plateola transversa, deflectendo ex publica Platea Dluga seu Szeroka nuncupata muro Religiosarum Monialium Regulæ Sanctæ Brigittæ adjacentis in fundo hereditario sita, sinteressi ex antiquo nuncupata, cum omni ejusdem "medietatis" jure, dominio, proprietate, propinquitate, titulo hereditario, ædificiis, Structuris, cellariis, Stabulis, in illaq; mobilibus ad præsens reperibilibus, horto, Dequæ, ~~pertinentiis eorum universis, et in totum adjacentia~~ ~~Bona Sua~~ Sepimentis à Vicinia separata, utilitatibus, usibus fructibus, junctisq; attinentiis et pertinentiis, nihil pro se, Suisq; Successoribus aut quovis alio reservando et excipiendo, verum ita Late, Longe, et Circumferentialiter prout prædicta "medietatis" Juris hereditas in suis metis se extendit, estq; ab aliis Vicinis fundis distincta, eaquem admodum ad se Recognoscentem Spectabat, jam ex nunc et de facto Prænobis Andreæ Ogiński Ensiferis M.D. Litt. et Paulæ de Szembeki Conjugibus illorumq; Successoribus idq; inhærendo Contractui Resignatorio Sodierno Publ. Actis præsentibus roborato dat, donat inscribit et resignat, prout præsentibus dedit, donavit, inscripsit et resignavit, puræ veræ meræ et irrevocabilis Donationis titulo ac hereditate perpetuo et in evum. In quam quidem Juris "medietatem" præsentibus donatam et resignatam eadem Recognoscens iisdem Prænobis Ogińskie Ensiferis M.D. Litt. Conjugibus Donatariis Suis, illorumq; Successoribus realem Intromissionem cum actuali et pacifica possessione vigore Inscriptionis præsentis Donatoriæ officio se prout juris capiendam, jam ex nunc et de facto libere dat, et admittit, datamq; et admissam nec

per

per se, nec per quascvis Submissas et Subordinatas
personas, impedire, denegare et interturbare, quo-
ino Eosdem Jos Donatarios Suos, Sive illorum
Successores ab omni equavis impetitione jurisdi-
ca omnium et singularum Personarum cujus-
cunq; Status et Conditionis existentium ratione
premissae mediatatis supra recensitae Curie ac fun-
di ad illam mediatatem pertinentis quocunq; modo
exoriunda in omni Judicio officio Loci et Justicie
opus fuerit tueri, defendere, concordare et intercedere
Se Suis cum Successoribus, ac super Bonis Suis
generaliter omnibus habitis et habendis insistit
et obligat. Idque Sub Vadio Sex Millium Flo
Pola per se Recognoscentem Suosq; Posteros in Lucu
praesenti Jurisdictionem Donatoriam in aliquo contra-
venturos, iisdem Jonas Ogińskie Emphiteutis MDLie
Conjugibus Donatariis Suis, et illorumq; Successo-
ribus ad Solvendum Succumbenda. Hoc quo quidem
Vadio ac re, conditioneq; aliqua Insertionis non
completa nihilominus Completenda, in Foro Compe-
tenti Suis cum Successoribus peremptorie respon-
dere teneb[illegible]tur. Hac sua personali recognitione
ad premissa mediante. Alias informe Donatio-
nis et Resignationis de jure plenissime Ro mi-
jori vero firmitate manu propria subscri-
psit. Barbara Radziwiłłowska Kazimo
Pula de Lipsk Szydłowiec Lanckoroń ad hunc actum Deputata Assistentia
Quam ejusmodi Insertionem Donatoriam et Resignatio-
nem sic ut premissum est facta fe. Actum ut supra.

Quietat de pretio mediatatis Curiae
Binterowski dictae Varsaviae sitae Nobis
Radziejowska Castellana Juniv[illegible]adisla-
vien Jos Ogińskie Emphiteos M.D. Lith Co
Pages.
Stanislaus Augustus &.
Significamus &. Quod coram Nobis Actisque
praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nos
Nostris Comparens personaliter Magnifica Jou-
fana de Winklery primarum Jo olim Josephi
Ludwiki

Rudnicki Vexilliferi Bidgostiey, Secundarum vero Nuptiarum Mtis Christophori de Zboky Radoiewski Castellani Juniviadislaviey Consors relicta Vidua in debita de jure Magtei Thaddei in Lipe Lipski Castellani Lanciciey ad actum presentem Coassumpti assistentia agens, sana mente et Corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, eo Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Mtis Regiae quo ad infra tantum recognoscenda se Suis cum Successoribus Subjiciendo et incorporando, palam. Sponte ac per expressum recognovit praesentibusq; recognoscit. Quia Ipsa Glos Andream Oginski Ensiferum M. D. Litt. et Paulam de Szembeki Conjuges de praestita Sibi ad mentem Contractus Resignatori de actis praesentibus hodierno Sub Actu roborati pro-pretio Bonorum Suorum, seu medietatis Curiae Ginterowskiei dictae Varsaviae sitae per se Recognoscentem praefatis Glos Oginskiei Ensiferis M. D. Litt. Conjugibus coram iisdem actis praesentibus Metrices pariter Sub hodierno Actu ~~roborati~~ resignatae Satisfactione, Sive Summae sex Millium Florenorum Polonorum Incluso in illam dono manicali; recensito Contractu adstipulatae reali, tatali et effectiva perfectione, tum ipso recensito Contractu quo ad hoc punctum supra specificati pretii, quietat, dimittit, liberat, absolutosq; cum Eorum Successoribus in perpetuum facit ac declarat, nihil amplius juris praetendens et praetensionis occasione praedicti pretii seu Summae jam aliis ea solutae Sibi, Suisq; Successoribus reservanda. Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima. Pro majori verb firmitate manu propria se Subscripsit.

Barbara Radoiewska Kaz Inscr
Thaddy Lipski Castellana Lanciciensis ad hunc Actum Coassumpta assistentiam
Quam ejusmodi Insertionem Quietationis dicti actus utcunque
Roborat certum Scriptum in rem Glos Oginski Ensiferi M. D. Litt. datum Skrzia
Radoiewska Castellana Juniviadislaviey
Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Quibus quorum. Nobis, Actuq; praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Comparens personaliter Magta Barbara de Winklery primarum Ptis olim Josephi Rudnicki Vexilliferi Bidgostiey Secundarum vero Nuptiarum Mtis Christophori de Zboky Radoiewski Castellani Juniviadislaviey

40. vicy Consors relicta Vidua sana mente et corpore exi-
stens, recedendo à Foro, Terrio, Districtibus et Juri dictio-
ne sua quavis propria, huic autem Nrae Regiae quo ad
infra tantum recognoscenda se subjiciendo et incorpo-
rando, patam, sponte ac per expressum recognovit. Cuius
Ipsa Scriptum certum hic Varsaviae sub die Vigesima
Secunda Mensis Octobris Anno Currenti per se Reco-
gnoscentem in rem Groji Andreae Oginski Cassoferi
M. D. Litt. datum, manuq; sua propria subscriptum,
et Sigillo gentilitio communitum, in omnibus ejus
punctis, et Contentis approbavit, roboravit et ratifica-
vit, praesentibusq; approbat, roborat et ratificat, illiq;
stare, satisfacere, nec eidem contradicere, se submit-
tit et obligat, „Hac sua personali recognitione ad pre-
„ed. sub Damnis Expensis in Foro Competenti repetendis
missa mediante. Alias instrumenta Roborationis de jure
plenissime. Pro majori vero firmitate manu propria
se subscripsit. Barbara Radolerwska
K. J.

Cuam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut
praemittitur facta et recognitam &c. Actum ut supra.

Incipit Annus 1771.

Actum Varsaviae Feria Quar-
ta in crastino Festi Circum-
cisionis Christi Domini Die
scilicet Secunda Mensis
Januarii Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo
Septuagesimo Primo. Regni
vero Nostri Septimo Anno.

Ad Relationem Illmi ac Excellmi
Dni Dni Joannis in Warkiany
Piele Comitis a Borch Profan-
cellarii Regni Lucinensis.
Daugielliscen Ex. Capitanei.

Oblata Privilegii super Villam Zlota
dictã cum Advocatia in Wysokienice in
Clavi Bonor Primatialium Mnichoviensi

.ita

sitt Gis du Pont Colonellis Conjugibus serviens.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter, ad Nra presentia Metricis Regni Cancellaria Nrae Minoris Generosus Andreas du Pont Colonellus in Exercitu Regni, obtulit ad inserendum illis Literas papyreas Privilegii Juris Advitalitii, super Villam Zlota dictam cum Advocatia in Wysokienice sibi Offerepti, suaq; Generosae Consorti servitiis manibus tam Regni olim ibi Christo Patris Vladislai Lubienski Archiepi Gnesnen Primatis, quam Venerabilis Leonis Motowski praetunc Venerabilis Capituli Gnesnen Praesidentis subscriptis Sigillis Archiepli tum praelibati Capituli Gnesnen committit, sanas, salvas, et illesas. tenoris sequentis. = Vladislaus Alexander Lomian a Lubna Lubienski Dei et Aplicae Sedis Gratia, Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus Natus, Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Primas, Primusq; Princeps. Significamus praesentibus Literis Nostris, quibus nunc interest, aut in futurum poterit interesse universis et singulis. Quod Nos habita ratione meritorum Generosi Andreae Du Pont Nobis per aliquot Annos praestitorum, Eidem Gso Andreae du Pont, et Consorti ejus Mariannae de Nominskie Villam integram Zlota cum Advocatia in Wysokienice, sub Clavi Michoviensi jacentem praevio ad id emanato Consensu Nro de manibus Gsae Petronellae Nominska, ex Jure Emphiteutico illi tanquam Superstiti et Successoribus ejus Servienti redemptam, vendam, donandam et conferendam esse duximus, prout sub ratihabitione et assensu Vblis Capituli Ecclesiae Nostrae Metropolitanae Gnesnen Fratrum Nostrorum Charissimorum, cum Curia, aretis, hortis, agris, pratis, campis, pascuis, Sylvis, rubetis, Stagnis, Colonis, Subditis eorumq; laboribus, datiis, et universis emolumentis ac proventibus nullis exceptis, tum libera propinatione liquorum in utroq; fundo, damus, donamus et conferimus per praesentes idq; ad extrema dictorum Gor Andreae et Mariannae de Nominskie Du Pont Conjugum tempora sub conditionibus infrascriptis. Nimirum, ut iidem Gnosi Donatarii Nri intra decursum trium Mensium coram Actis Castrensibus Lovicien sibus recognitionem et Submissionem faciant, factaq; Nobis praesentent, quod eandem Villam Zlota, et Advocatiam in Wysokienice non alio, quad Advitalitio

Jure

42. Jure posideant, et quod in causis tangentibus eadem Ville Zlota, quam Advocatie in Wysokiemice tangentibus, coram Nobis, Judicioq Nro respondere, Judicatumq pati teneantur. Intuitu verò Canonis in recognitionem Dominii Nostri quotannis pro Festo Sancti Martini Pontificis ad Monjam Nostram Florenos Polonicales Sexaginta, et pro Fabrica dicte Ecclesie Nostre Metropolitane Gnesnen Florenos Polonicales Centum Solvere et importare sint adstricti, tum locorum quatis Ulmati ad obsequia Curie Nostre mitti solitis, iidem quatuornis pro dicto Festo S. Martini Florenos Polonicales centum pendere debebunt. Promittimus autem pro Nobis, et Celsissimis Successoribus Nostris, quod laudatos Gsos DuPont Conjuges Donatarios Nros a predictarum Ville et Advocatie Possessione non amovebimus, quinimo conservabimus, Celsmiq Successores Nri non amovebunt sed conservabunt. Juribus Ecclesie Reipublice et Nostris Salvis in toto manentibus. In quorum fidem &c. Dedimus in Palatio Nro Squierniciensi Die 3tia Mensis Aprilis Anno Dni 1766. Vladislaus Archps et Primas mpp. Loco ✠ Sigilli Primatialis ibidem impressi. Stanislaus Strumillo Dap. Szemis Notarius Castren Lovicien Secretarius mpp. Approbationis dicti Privilegii per Capitulum Gnesnen talis ibidem tenor=. Approbatur Salvo Canone pro Fabrica Ecclesie Metropolitane pro retroactis annis retento exsolvendo Sub nullitate presentis Privilegii. Leo Morawski Archid Gnesnen Vices Capituli mpp. Loco ✠ Sigilli Capituli Gnesnen appressi.= Quas ejusmodi Literas Privilegii praexpressi sic ut premissum oblatas, Nos ad Acta Nec Metrices Suscepi, iisdem inseri, et ex illis fideliter descriptt Parti requirenti Authentice extradi, Originale illarum Que Referenti restitui jussimus. De quo sibi restituto Cancellariam Nram presentibus quietavit, quietatq, ac in majorem fidem manu propria se subscripsit. Andreas du Pont Colonellus mpp In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavie Feria Tertia post Octavam Festi Epiphanie proxima.

Die

Die scilicet Decima quinta Mensis Januarii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo. Regni vero Nostri Septimo Anno

Ad Relationem Supradicti Illustris ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Roborat Testamentum seu ultimam Voluntatis Suae Dispositionem Rndus in Christo Pater Antonius Ostrowski Eppus Vladislavien et Pomeranid.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque praesentibus Metricae Regni Cancellariae Nostrae Minoris comparens pers. Rndus in Christo Pater Antonius Casimirus Ostrowski Eppus Vladislavien et Pomeranie. Sanus mente et corpore existens. recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nrae Regiae quo ad infra tantum recognoscenda se Subjiciendo et incorporando, palam, sponte, benevole ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse Testamentum seu ultimam Voluntatis Suae Dispositionem arbitrium praemeditate à Se Recognoscente Sub die Quinto Mensis Aprilis Anno immediate praterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo in Arcem Camaldulen Ordinis ad Varsaviam Factum, manuq Sua propria in duobus sibi similibus exemplaribus Conscriptum, unaq cum regatis Testibus Subscriptum, Sigillisq gentilitiis tam Sui Recognoscentis, quam dictorum Testium in Cera Hispanica expressis communitum, in Omnibus et Singulis dicti Testamenti

punctis

punctis, clausulis, articulis et obligamentis appro-
bavit, confirmavit, roboravit et ratificavit, prout
praesentibus: cassando quaevis alias anteriora
sua Testamenta cum illorum Roboratoriis In-
scriptionibus: / approbat, confirmat, roborat
et ratificat, illudque robur Suum debitum
habere debere, ad post Sua fata ad executio-
nem deduci, vult ac declarat. Hac Sua per-
sonali recognitione ad premissa mediante.
Alias in forma Inscriptionis Roboratoriae
de jure Optimissima. Pro majori verò firmita-
te manu propria se Subscripsit.

Antonius Casimirus Ostrowski
Epus Vladislaviens et Pomeranie

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &
ut premissum fatt et recognitt &. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria
Sexta ante Festum San-
cte Agnetis Virginis et
Martyris proxima die
scilicet Decima Octava
Mensis Januarii Anno
Domini Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo
Primo. Regni vero Vestri
Septimo Anno.

Ad Relationem Suprascripti Illmi
ac Excellmi Dni Dni Profan-
cellarii Rni.

Oblata Rescripti S. R. Mtis Superadditionis
Commissariorum ad faciendam indagatio-
nem ex occasione inventi circa expurga-
tionem Cloacae Scheletri humani in Collet-
gio Scholarum Piarum Cracovien.
Stanislaus Augustus &.
Significamus &. Oblatas esse ad Acta pre-
sentia Mercedes Rni Cancellariae Vrae Minu-
ris Literas originales papyreas, Rescriptum
Vrum

Num? Superadditionis Commissariorum ad faciendam in-
dagationem ex occasione inventi circa expurgationem Clo-
acæ Scheletri humani in Collegio Scholarum Piar Cracovie
in se continentes, manu Nostra Regia Subscriptas, et Si-
gillo Majori Regni Communitas Sanas et illesas tenoris
sequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolenscieque Severiæ, Czerniechoviæque. Significamus
præsentibus Literis Nostris quorum interest universis
et Singulis. Designavimus Venerabiles, Generosos, et
Nobiles Commissarios Nostros Rescripto Nostro de da-
ta hic Varsaviæ Die XIII. Mensis Novembris anno pro-
xime elapso 1770., ad faciendam indagationem ex
occasione inventi circa expurgationem Cloacæ in
Collegio Scholarum Piarum Cracoviæ Scheletri hu-
mani, ex quibus cum Nobis relatum sit nonnullos
legitimis impedimentis prægrediri, ut huic actui
adesse possint, eapropter, ut idem Actus quamprii-
mum Suum Sortiatur effectum, Supplicatum Nobis
est, ut alios Commissarios Nostros Illis Superadde-
remus. Cui Supplicationi benigne annuentes, de
Suprema Potestate Nra Regia, Grosos et Nobiles
Simonem Darowski Regentem, Antonium Lien-
binski Subdelegatum Castrenses Cracoviæ, et Je-
sephum Lichocki Secretarium Nostrum Super-
addimus. Mandantes Tibi, ut Supra expres-
sum Rescriptum Nostrum, quam et præsens.
debite in Suis Contentis expediant, Signa pro-
tenza quatenus Judaica post adcitationem
eorum ad Suum Judicium una cum revisio-
ne per Seniores jurator Chirurgos Cracoviæ
expedita in tempore necne? comportari de-
mandent, et utrum Sint vera Judaica se-
informent, ac probationem premissorum ex
Testibus quibusvis Fide dignis expediri faciant,
eductos Testes utrum in depositionibus Suis se
se Conforment, Scrutentur, et Si necessitas exi-
gerit, Magistrum Expurgatorum eorundem lo-
corum, atque alios quos necessefuerit ad se ad-
citari demandent, ac id totum, quidquid de ju-
re Venerit, et Fidelitates Vestræ necessarium
animadverterint, Salvo in omnibus præfato prio-
ri Rescripto Nro, non obstante alicujus Partis Con-

tumaciâ

Lumacia, neque Mandatis pro repositione memoratorum Reseriptorum Nostr editis, sive edendis expediant. Ut his omnibus peractis Sensum Suum in Scripto Nobis aperiant, ad ad Nos in occluso Rotulo pro informatione Nostra remittant. In quorum fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni Communiri jussimus. (Datum Varsaviae Die XVII. Mensis Januarii Anno Domini MDCCLXXI. Regni vero Nostri VII. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli Majoris. Regni apposs. Antonius Sikorski S. R. M. Vice. et Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. Reseriptum Superadditionis Commissariorum ad faciendam indagationem ex occasione inventi circa expurgationem loacae Scheletri humani in Collegio Scholarum Piarum Cracoviae. = Quas ejusmodi Literas Supra insertas Reseripti Nostri, sic ut praemissum ablatas, Nos ad Acta haec Metrices Suscipi, iisdem inseri, et ex illis fideliter deseriptas Parti requirenti Authentice extradi, originale illarum Offerenti restitui &: de quo restituto Cancellaria Nostra praesentibus quietatur/ permisimus. In quorum fidem &c. Datum ut supra.

Quietat Religiosus Pater Antonius Maria Portalupi Superior Residentiae Varsaviae Theatinorum de Summa 1000. Aureor hungarical. Quam de Gartenberg Sadogurski Intimum S. R. M. Consiliarium Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; praesentibus Metricis Nostr Cancellariae Regiae Minoris Comparens pers. Religiosus Pater Antonius Maria Portalupi Superior Residentiae seu Domus Varsaviae Instituti Clericor Theatinor, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nostrae Regiae quae ad infra tantum recognoscendo Se subjiciendo et incorporando, palam, Sponte, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia ipse suo et totius suae Residentiae seu Domus Varsavien nomine, Quam Petrum Nicolaum de Gartenberg Sadogurski Intimum Regium Consiliarium, et

Rev

Rei Monetariæ in Regno Nostro Administratorem, de Summa Unius Mille Aureorum hungaricalium in specie boni et justi ponderis, seu puri Auri Ex Summa Capitali Duodecim Millium Aureorum hungaricalium itidem in specie mediante Inscriptione per Eundem Joum de Gartenberg Sadogurskei coram Actis præsentibus Metricem Regni Cancellariæ Minoris Feria Tertia in Crastino Festi Assumptionis in Cælum Gloriosissimæ Virginis Mariæ, Die scilicet Decima Sexta Mensis Augusti Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo recognita, Sibi Recognoscenti totiq; Residentiæ suæ ad Solvendum assecurata proveniente, cum Provisione respectiva quoad hos Mille Aureos hungaricales, tam quam realiter et effective adhuc sub Die Prima Mensis Februarii Anno immediate elapso Millesimo Septingentesimo Septuagesimo ad manus suas exoluta et enumerata, quietat, emittit, liberum, absolutumq; in perpetuum tum ejus Successoribus facit et pronunciat, nihil amplius Juris et prætensionis ibidem in Ejusmodi Summa Unius Mille Aureor hungaricalium atq; ab illa Provisionis Sibi Recognoscenti, sive suæ Residentiæ ad prælibatum Joum de Gartenberg Sadogurski, Illiusq; Successores reservando. Hac ejus personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria Se subscripsit.

Antonius Mª Portalupi Suj Theat.ni

Quam ejusmodi Quietationem sic ut præm.ssum Jacob Ebreygmid J. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho pridie Dominicæ Reminiscere Quadragesimalis Die scilicet Vigesima Tertia Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo octavo Regni vero Nostri XII. Anno

Ad Relationem Suprascripti Illmi ac Excellmi Dni Procancellarii Regni.

Quietat. Religiosus Pater Antonius Maria Portalupi Superior Residentiæ Varsaviensis Theatinor de Summa 1475. Aureor hungari-

calium.

calium Grosum Theodorum de Lascaris Vicecolonellum Regiminis Pedestris Clavæ Majoris Magni Ducatus Lithuaniæ.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis Actis prædictis Officio Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Religiosus Pater Antonius Maria Portalupi Superior Residentiæ seu Domus Varsaviæ Instituti Clericorum Theatinorum, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se subjiciendo et inoportando, plane, sponte, ac per expressum recognovit, præsentibus recognoscit. Quia Ipse suo et totius suæ Residentiæ sive Domus Varsaviæ nomine, Jesum Theodorum Comitem de Lascaris Vicecolonellum Regiminis Pedestris Clavæ Majoris Magni Ducatus Lithuaniæ de Summa Mille Quingentorum Septuaginta quinque Aureorum hungaricalium in Specie puri Auri justi et adæquati ponderis, ad rationem Summæ Capitalis Quinque Millium iidem in Specie Aureorum hungaricalium, mediante Inscriptione Debitorea per eumdem Jesum Comitem de Lascaris coram Actis præsentibus, Metricæ Regni Cancellariæ Minoris Feria Quinta ipso die Sancti Egidii Abbatis scilicet Prima Mensis Septembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo recognita Sibi Recognoscenti, totiq; Suæ Residentiæ ad Solvendum assecurate, tum Provisione ab eadem ad diem præsentem proveniente, uti et tanquam rekliter et effective exolutis et enumeratis, quietat emittit, Liberum, absolutumq; in perpetuum cum ejus Successoribus fault et pronunciat. Nihil amplius juris prætextus et prætensionis intuitu ejusmodi Summæ Mille Quadringen-

tor

torum Septuaginta quinque Aureor hungaricalium ab
ab illa Prouisionis Salvo nihilominus jure quo ad resi-
dentem Summa Capitalis Sibi Recognoscenti, Suoq Resi-
dentiali ad prælibatum Ipsum de Lascurs, Illiusq Successores, re-
servando. Hac Sua personali recognitione de premissa
Mediante. Alias informa Quietationis de jure plenis-
sima. Pro majori vero firmitate manu propria se
Subscripsit. Antonius Wł. Portalupi Sagr Secret. my.

Quam ejusmodi Quietationem Sic ut præm. Ipsum
Facti et recognitæ, Nos firmam ac de jure validam
Haberi volentes, Eandem ad dictæ præsentis Susceptis &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia
post Dominicam Reminiscere
Quadragesimalem proxima
Die videlicet Vigesima sexta
Mensis Februarii Anno Do-
mini Millesimo Septingente-
simo Septuagesimo Primo.
Regni vero Nostri Septimo
Anno.

Ad Relationem Supradicti Illmi ac Excellmi Dni Dni Pro Cancella-
rii Regni.

Donat Bona Sua hereditaria Jezewo, Wro-
nie, Kopytowo, Woznicki, Ostrowie Minor tum
Laneum in Bogusławice major atque pratum.
Venerabilis Smolenski Canonicus Cathedr
Placen Locey Jo Severino Smolenski Nepoti Suo.
Stanislaus Augustus &c
Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque
præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Ilra
Minoris Comparens personlr Venerabilis Grego-
rius Firmianus Joannes trium Nominum Smo-
lenski Canonicus Cathedralis Placen Præpositus
Bodzanowiens, olim Joan Sigismundi Smolen-
ski et Agnetis Kowalewska on atrimonialiter
procreatus Filius, olim veroJi Matthæi Polub Smo-
lenski nepos, et quondam Jo Gottardi in Bonis Hære-
ditariis Smolen Polubry in Terra Cechanovien jacentibus

hæredi

50. Hæredum proneyos, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terrisq Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nrâ Regiâ quo ad infra tantum recognoscenda se Subjiciendo et incorporando, palam, Sponte, ac per expressum recognovit, praesentibusq recognoscit. Quia Ipse Satisfaciendo Suæ Dispositioni, seu veriùs Exdivisioni Bonorum inter Suos Antonium, Severinum, Ignatium et Sylvestrum Filios alim Suos Joannis et Mariannæ de Harnieuskie Smaleńskich legitimorum Conjugum, Suosq ex Fratre Nepotes die Decima Mensis Novembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Nono in Bonis Jezewo Descriptis, manu Sui Recognoscentis propria et Amicorum Subscripta, Actisq Castrensibus Piechanoviensibus Anno Immediate praterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo approbata, Bona Sua propria et hæreditaria Jezewo, Wronie, Kopytowo, Woźniki, Postruże minor Lanevum in Boguslawice major atque praetum, in Palatinatu Mazoviæ Terra vere Piechanoviensi Sita et jacentia cum omni eorundem Bonorum jure, dominio, hæreditate, proprietate, proprietate, utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, reditibus, agris, pratis Campis, pascuis, ædificiis, Structuris Subditis utriusq Sexus, exceptis tantummodo duobus utpote Laboriosis Casimiro Jezwiak cum Uxore et Filiis, filiabusq, et Antonio Wozniak Eidem cum Uxore et Liberis utriusq Sexus, ac cum agris eorum, totaq ipsorum Suppellectili et ædificiis, necnon duabus Ancillis Filiæ videlicet Laboriosi Josephi et alterius Filiæ Laboriosi dicti Wozniak de Bonis Postruże Minor Subditis eorumq laboribus, cunctisq attinentiis et pertinentibus ad eadem Bona ex antiquo spectantibus, nihil ex illis prorsus Recognoscente, aut quopiam alio reservando, sed vita late, longe et circumpterenti aliter prout præfatorum Bonorum hæreditas se extendit et quemadmodum illa tenuit ac possedit, tenetq, et possidere debuit, jam eanunc et

Defaute

Defuncto Gro Severino Smolenski olim Gnoti Joannis Smolen-
ski Pincernide Nurens cum Gra Marianna Karnicowska
procreato Filio suo ex Patre Nepoti, Illiusque Succes-
soribus Dat, Donat, Inscribit et resignat, prout Gdenti-
bus dedit, donavit, inscripsit et resignavit pure, mere,
vere et irrevocabilis Donationis Titulo et hereditate
perpetuo et in evum. In que quidem Bona praesenti-
bus donata et resignata Idem Venerabilis Resignan-
cens Eidem Gro Donatario suo, Ipsiusque Succes-
soribus realem Intromissionem cum actuali et
pacifica possessione per Ministerialem quem-
vis generalem Regni et Nobiles duos facilius ad
ed conducendos gravis tempore officiose capien-
dam amodo dat, et libere admittit, datamq; et ad-
missam nec per se, nec per quasvis submissas
et subordinatas personas denegare, impedire,
pacificamq; possessionem interturbare, imo Eun-
dem Gnum Donatarium suum, Ejusq; Successo-
res ab omni et quavis impetitione juridica et
extrajuridica omnium et singularum personar
Status, Sexus, et Conditionis cujusvis existentium
propinquarum et remotarum, occasione supra
expressorum Bonorum exoriunda, totties quo-
ties opus fuerit, in omni Judicio et Officio Regni
tueri, defendere, evincere, ac indemnem redde-
re, se de eo super Bonis suis generaliter omni-
bus hereditariis inscribit, submittit et obligat ad
sub Damnis Terrestribus, casu contraventionis,
ac non praestitae tuitionis et evictionis advenien-
dum Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis
exinde Succubitis Status existens / recessu que
supra mediante / coram Judicio Terrestri Pincer-
noviens peremptorie respondere tenebitur. Hanc
suam personali recognitione ad premissa
mediante. Alias in forma Donationis. Bonorum
de jure plenissima et firmissima. In majori
veroque firmitate manu propria se subscripsit.

Gregorius Smolenski C C P mpp

Quam quidem Inscriptionem Donatoriam sic ut pre-
missum fuit de verbo ad verbum ut supra.

Donat Bona sua hereditaria Radzimino.

52. Radzimintko et Sortiunculam cum Borra et Sylva in Villa Czemplowo in Valtu Masovie Terra Piechanoviez sita Venerabilis Smolenski Canonicus Pathy Ploc. Gro Sylvestro Smolenski Nepoti suo.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis Clerisq; presentibus Curiae Metzicis Regni Cancellariae Nrae Mandatis competentibus per Venerabilis Gregorius, Firmianus Joannes utriusq; Nominum Smolenski Canonicus Cathedr. Plocen. Praepositus Bodzanowiez, olim Geor. Sigismundi Smolenski et Agnetis Kowalewska matrimonialiter procreatus Filius, olim vero Jo. Mathei Polub Smolenski nepos, et quondam Gr. Gotthardi in Boris Mogra et Smolek Poluby in Terra Piechanow jacentibus haereditatibus, Pronepos, Janus mentecaptus existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nrae Regiae quivis infra tantum recognoscentem Nrae Regiae quivis infra tantum recognoscendo et in Corporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse Satisfaciendo Suae Dispositioni, Sive veritus Dedivisionem Bonorum inter Gros Antonium, Severinum, Ignatium et Sylvestrum, Filios olim Geor. Joachimi et Mariannae de Karnkowskie Smolenskich Legitimor. Conjugum Suos ex Patre Nepotes. Die Decima. Mensis Novembris Anno Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Nono in Bonis Jezewo Consortis, manu Sui Recognoscen. propria et Amicor. Subscriptis, Actisq; Pistren. Piechanoviez Anno immediate praeterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo approbatis. Bona sibi propria et hereditaria, videlicet Radzimino, Radzimintko, Sortiunculam cum Borra et Sylva in Villa Czemplowo, in Palatinatu Masovie, Terra Piechanow sita et jacentia cum omni eorundem Bonorum jure, dominio, haereditate, proprietate, propinquitate, utilitatibus, usibus fructibus, reditibus, proventibus, commodis, emolumentis, agris, pratis, Campis, Aedificiis Subditis utriusq; Sexus, eorumq; liberis laboribus, cunctisq; attinen. spectantibus, ex jure ad illa spectan. nec non Laboribus Casimiri Jozwiak cum Uxore et Filiis filiabusve, et Antonium Jdzniak itidem cum Uxore et liberis utriusq; Sexus: ac cum agris eorum, totaq; Supellectili tum aedificiis ipsorum,

ac

ac duabus Ancillis Filia Josephi, et alterius Filiæ Laberiori dicti
Woźniak in Boris Postrozie Minor in eodem Palatinatu Majoris
et Terra Similiter Piechanow sitis Subditos, nihil Sibi Recogno-
scenti aut pro quopiam alio ex dictis bonis, aut jure ad præ expressos
Subditos Rabitto reservando; sed ita late, longe et circumferentia-
liter, prout præfatorum Bonorum cum dictis Subditis Hæreditas
se extendit, et quemadmodum illa tenuit expossedit, tenereq; expossi-
dere debuit, jam ex nunc et de facto Gō Sylvestro Smoleński olim
Gō Joannis Smoleński Palatini de Nowe cum Gā Marianna
Karnicowska procreato Filio, Suoq; ex Fratre Nepoti Illiusq; Suc-
cessoribus Dat, Donat, inscribit et resignat, prout præsentibus
dedit, donavit, inscribit et resignavit pura, mera, vera, et
irrevocabilis Donationis titulo et hæreditate perpetua et
in ævum. Jo que quidem Bona cum aliis expressis Subditis
Ad Relationem Supraseri Illustrissimi ac Excellentissimi Dni Dni Cancellarii Regni.

Roborat certum Scriptum in rem Procuratoriam Adalberti Sliwicki Tribunalis Bidgostiensis datum. Josephus Andreas Ogiński Ensifer S.R.M. Lttr Suo, et Procuratoris Sue Nomine.
Stanislaus Augustus &c.
Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Josephus Andreas de Koziebrodzki Ogiński Ensifer S.R.M. Lttr Suo, et Procuratoris Pauli de Szembeki Consortis Sue &: pro cujus ratihabitione pactum et, et se inscribit: &: Nomine agens, sanus mente et corpore

152 pore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Almæ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se Suis eorum Successoribus, bonisq Suis generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, palam, Sponte ac benevole recognovit, praesentibusq per expressum recognoscit, Quia Ipse Scriptum certum à Se Recognoscente Suaq Gnosa Consorte Simultanee Sub die hesterna videlicet Vigesima Mensis Septembris Anno Currenti hic Varsavia in rem Gnosi Adalberti de Lysakowo Sliwicki Tribuni Bidgostiensis datum, manibusq tam Sui Recognoscentis, quàm praefata Gsæ Consortis Suæ propriis Subscriptum, et Sigillo Domûs ac Familiæ Suæ Oginscianæ in cera nigra hispanica expresso munitum, in omnibus et singulis Suis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, ratificat, et roborat, ipsiq stare, parere, et optemperare Se, Suamq Gsam Consortem cum Suis Successoribus, submittit, obligat, ac de et Super bonis Sui utriusq Conjugum habitis et habendis inscribit et assecurat, idq Sub Vadio Mille aureorum Hungaricalium Casu Contraventionis ad Solvendum Succumbendo. Pro quo, ac ipsa scripturali contenta, in Foro Ubiquitario Competenti ipsa Gsa Recognoscens, Suaq Gsa Consors Suis cum Successoribus respondere tenebitur ac tenebuntur. Hac ejus personali recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Roborationis de jure plenissima. Pro majori verò firmitate manu propria Se Subscripsit.

Andreas in Kozielsko Oginski
Enixe M. D. L. Guz: kor: &. Stæ. meo et cognominis mei nomine.

Eum ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut praemissum Facti et recognitionis Nostræ firmam ac de jure validam haberi volentes Fe. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ proxima, Die scilicet Vigesima Prima Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo. Regni vero Ri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Relatio Ministerialis Regni Generalis Data Admissionis in Palatium Braniccianum Varsaviæ in Platea Podwale dicta situm, Illri Magcæ Elisabeth de Poniatowskie Branicka Castellanæ

Cracovien

Cracovien Suprema Exercituum Regni Ducisse relicte Vidue.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad acta presentia Metrices Regni Cancellaria Nrā Minoris. Nobilis Christophorus Pietrzykowski Ministerialis Terrarum Regni Generalis authenticus juratus, in vim sui vere ac fidelis relationis, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia Ipse ad requisitionem Gnosi Caroli Szuszkowski Vice Colonelli in Regimine Pedestri Stava Majoris Regni uti Illris Magca Elisabeth de Poniatowskie Branicka, olim Illris Mci Joannis Clementis in Ruszcze Branicki Castellani Cracovien Supremi Exercituum Regni Nri Ducis Consortis Legitime relicte Vidue specialis Plenipotentis, in rem ejusdem Principalis agentis, habitis secum duobus Nobilibus majoris testimonii gratia, videlicet Vris Joanne Sklodowski et Ignatio Kalesza, die hodierna in actu contenta, ad Palatium Muratum in Platea Podwale dicta hic Varsavie Situm, supradicti olim Illris Mci Joannis Clementis Branicki Castellani Cracovien Supremi Exercituum Nri Ducis hereditarium et residentiale condescendit, ibidemq vigore Juris advitalitii superv. nominate Illri Mcae Elisabeth de Poniatowskie Branicka Castellane Cracovien servien, ac ab olim Illri Mco Marito ipsius officiose Illi inscripti, observatis de jure solemnitatibus Intromissionem realem et actualem eidem Illri Mcae Elisabeth de Poniatowskie Branicka Castellane Cracovien Supremi Exercituum Regni Ducisse in pratatum Palatium, ejusq attinentias, nemine impugnante et contradicente Realiter contulit. De quo presens ejusdem Ministerialis relatio. Quam Nos ad Acta presentia suscepi, iisdem inseri, et ea illis fideliter deferipti, Parti requirenti authenti dari extradi Jussimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Relatio Ministerialis Regni Generalis data Intromissionis in Palatium Braniccianum olim Rzyszowicense dictum in Platea Podwale Varsavie sita, Illri Mcae Elisabeth de Poniatowskie Branicka Castellane Cracovien Supremi Exercituum Nri Ducis relicte Vidue

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad acta presentia Metrices Nre Cancellarie Nre Minoris Nobilis Christophorus Pietrzykowski Ministerialis Terrarum Regni Generalis authenticus, juratus, in vim sui vere ac fidelis relationis, palam, libere, ac benevole recognovit. Quia Ipse ad requisitionem Gnosi Caroli Szuszkowski Vice Colonelli in Regimine Pedestri Stava Majoris Regni, uti Illris Mcae Elisabeth de Poniatowskie Branicka, olim Illris Mco Joannis Clementis Branicki Castellani Cracovien Supremi Exercituum Regni Nri Ducis Consortis legitime relicte

Vidue.

154 Vidue Specialis Plenipotentis, in rem ejusdem Illris Mtfue
Principalis agentis, habitis Secum duobus Nobilibus majoris
testimonii gratia, videlicet Grosis Joanne Klodowski et Igna-
tio Kuleszа Die hodierna in Actu Contenta, ad Palatiolum Mu-
ratum quondam Pułtyrowski dictum, hic Varsaviæ in Plate
Podwale dicta, inter Vicinitates Palatiorum Branicciani ex
una, et Rdi in Christo Patris Andreæ Stanislai Kostka Wodzie-
iowski Epi Posnanien Supremi Regni Cancellarii quondam
Morsztynowski dicti situm, olim Illris Mtfu Joannis Clemen-
tis in Ruszcza Branicki Castellani Cracovien Supremi Exer-
cituum Regni Ducis hæreditarium condescendit, ibidemq; vi-
gore Juris advitalitii supranominatæ Illri Mtfue Elizabeth
de Poniatowskie Branicka Castellana Cracovien Serviens,
ac ab olim Illrio Mtfo Marito Ipsius officiose Illi insertpti,
observatis debitæ Solemnitatibus, Intromissionem rea-
lem et actualem eidem Illri Mtfue Castellanæ Cracovien
Supremæ Exercituum Regni Ducisse in præfatum Palatio-
lum, ejusq; attinentias nemine impugnante et contradicen-
te dedit, et rite contulit. De quo præsens ejusdem Ministeria-
lis relatio. Quam Nos ad Acta præsentia suscepi, iisdem inseri-
bi, et ex illis fideliter deseripti, Parti requirenti authentice
extradi jussimus. In quorum fidem &c. Datum ut supra.

Relatio Ministerialis Regni Generalis data Intro-
missionis in Lapideam Branicciannam quondam
Sapiezynskie dictam Varsaviæ ex adverso Platei
Plateæ Podwale et Senatorska dicto Solt. Illri
Magcæ Elisabeth de Poniatowskie Branicka
Castellanæ Cracovien Supremæ Exercituum Regni
Ducissæ relictæ Viduæ.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta
præsentia Nostra Cancellariæ Nostræ Mi-
noris Nobilis Christophorus Pietrzykowski Mini-
sterialis Terrarum Regni Nostri authenticus jura-
tus, in Vim Sui veræ, ac fidelis relationis palam, li-
bere ac benevole recognovit. Quia ipse ad requisitio-
nem Generosi Caroli Szuszkowski Vicesolonelli in Regi-
mine Pedestri Clavæ Majoris Regni, uti Illris Mtfue
Elisabeth de Poniatowskie Branicka, olim Illris Mtfi
Joannis Clementis in Ruszcza Branicki Castellani
Cracovien Supremi Exercituum Regni Nri Ducis Cer-
sortis Legitimæ relictæ Viduæ Specialis Plenipoten-
tis, in rem ejusdem Illris Mtfue Principalis agentis,
habitis Secum duobus Nobilibus majoris testimonii
gratia, videlicet Grosis Joanne Klodowski et Ignatio
Kuleszа, die hodierna in Actu contenta, ad Lapideam
muratam aciditer, hic Varsaviæ penes Plateam Sena-

torska

torskie dictam „ quondam „ Sapiezynskie vocitatam, Palatioq; magno ibi-
ricciano contiguam, olim Illtris Mci Joannis Clemeptis in Ruszcze
Branicki Castellani Cracovien Supremi Exercituum Regni Ducis
hereditariam condescendit, Cibidemq; vigore Juris Advitalitii supra
nominate Illtri Mcie Elisabeth de Poniatowskie Branicka Castel-
lane Cracovien relicte, ac ab olim Illtri Mcio Marito ipsius officio
sic Illi inscripti, observatis de jure solemnitatibus, Intromissio-
nem realem et actualem Eidem Illtri Mcie Castellane Cracovie
Supremi Exercituum Regni Ducisse in prefatam Lapidem,
ejusq; attinentias ab antiquo spectantes nemine impugnante
et contradicente dedit, et rite contulit. De quo prayens ejusdem
Ministerialis relatio. Quam Nos ad Acta presentia suscipi,
iisdem inscribi, et ex illis fideliter describi, Parti requirenti
authentice extradi jussimus. In quorum fidem &c. Actum ut
supra.

Oblata Extractus Authentici exactis Castren Lubli-
nen desumpti, Manifestationem Grosi Stepkani
Kaczkowski Pincernide Braclavien de diligentia
Sui circa ingrossationem Privilegii super Villam
Kudyiowce datam in se continentis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta presentia
Nostra Cancellarie Nre Minoris Literas
Extractus Authentici, ex Actis Castren Lublinen
Deprompti, Manifestationem de diligentia sua per
Grosum Stephanum Kaczkowski Pincernidam Bra-
clavien ibidem, et coram eisdem Actis circa ingros-
sationem ad eadem Acta Privilegii super Villam
Kudyiowce a Nobis illi benigniter collati datam,
in se continentes, Sigillog; solito Castren munitas,
ac Prefato tunc Susceptante subscriptas, sanas, et
illasas tenoris sequentis.= Actum in Castro Lu-
blinensi, Sabbatho in crastino Festi Sancti Tho-
me Apostoli, Anno Domini Millesimo Septingen-
tesimo Septuagesimo. Ad Officium, et Acta pre-
sentia Castrensia Capitaneatus Lublinensis
personaliter veniens Generosus Stephanus Kacz-
kowski, olim Magnifici Alexandri Kaczkowski
Pincerne Braclavien Exercituum Regni Vexillife-
ri Filius, quam primum ex Cancellaria Regni Pri-
vilegium super Villam Kudyiowce, sibi a Sacra
Regia Majestate benigniter collatum recepit, il-
lud; extunc ad Acta proprii Districtus per Obla-
tam porrigere Legi publice juxta prascriptum in
omnib; satisfacere paratus erat, verum quoniam
Possessores memorate Ville Juribus aliquibus Terre-
stribatem et Laereditatem Suprascripte Ville sibi
vendicando,

vendicando, Quartam solitam exolvere nolunt, imo Manifestationibus suis eo nomine coram Actis authenticis Regni contra Lustratores factis eam amovendam se se offerunt Decreto Judicii Tribunalitii Regni Lubline se se tutando s: mediante quo Causa pro cognitione Naturæ Bonorum utrum sunt Bona Regalia, an hereditaria, ad Judicia Sacræ Regiæ Majestatis Assessorialia est remissa: s: in iisdemq; Judiciis necdum resolutio naturæ præmissorum Bonorum, et Decisio Qualitatis, Quantitatis, Sive totalitatis Bonorum, ac ea iisdem Solvendæ Quartæ subsecuta; His obstantibus Manifestans sine Decreto cum iisdem obtinendo, finaliq cognitione naturæ Bonorum Legi publicæ in præmissis desuper satisfacere non valet, nihilominus eosdem Possessores Mandato ad Judicia Assessorialia primo concitare, ac cum iisdem Jure agere se se offert; Respectu quorum de diligentia sua, ex quo adusq ob grassantem oris in illis pestilentiam hac peragere non valuit, Coram Officio et Actis manifestatur. Et in continenti Idem Manifestans obtulit Officio præsenti, et ad authenticandum porrexit memoratum Privilegium sibi a Sacra Regia Majestate benigniter collatum intro contentum tenoris sequentis. Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscique, Severiæ et Szerniechoviæ. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos habentes respectum meritorum Generosi Stephani Kaczkowski, faciendum esse duximus, ut ipsi Villam Nostram Regalem Kudyiowce dictam in Palatinatu Podoliæ Districtu vero Laticzoviensi sitam et jacentem, post liberam repossessionem Privilegii per Generosos Xaverium Kaczkowski Thesaurarium Podoliæ, Judicem Castrens Camenecen et Constantiam Jelowicka Conjuges ad Dispositionem Nostram Regiam deventam daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus præsentibus Literis. Quam quidem Villam Generosus Stephanus Kaczkowski cum omnibus fundis, areis, curiis, prædiis, ædificiis, agris, campis, hortis, pratis, sylvis, nemoribus, fluviis, fluminibus, stagnis, piscinis, lacubus, molendinis, braxatoriis, tabernis, subditis, eorumq laboribus, censibus, dativibus,

nibus, usibus fructibus, commodis, emolumentis, attinentiis, pertinentiis, antiquitus ad eandem Villam Kudyiowce spectantibus, nullis plane exceptis, tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ Suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nostros, prædictum Generosum Stephanum Kaczkowski vitæ ejus durante, ab usu et possessione dictorum Bonorum Villa Kudyiowce amoturos, hlq; amovendi vel alienandi cuipiam potestatem daturos, sed Salvum et integrum Jus advitalitium eidem Conservaturos, Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis Solitam Proventuum Quartam ex eadem Villa provenientem quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus. Reipublicæ, Ecclesiæq; Romano Catholicæ Salvis manentibus. In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die Septima Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Octavo. Regni vero Nostri Quarto Anno. Stanislaus Augustus Rex. Loco Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Privilegium Super Villam Kudyiowce Dictam in Palatinatu Podoliæ et Districtu Latyczoviensi sitam, post liberam Repositionem Privilegii per Generosos Xaverium Kaczkowski Thesaurarium Podoliæ et Constantiam Jelowicka Conjuges, Generoso Stephano Kaczkowski datur. Antonius Sikorski Sacræ Regiæ Majestatis. et Sigilli Majoris Regni Secretarius. Originale verò ejusdem Privilegii Idem Offerens rursus ad se recepit. De quo recepto, sibiq; realiter extradito Officium præsens quietat per præsentes. Locus + Sigilli Castrensis Capitanealis Lublinensis Correxit Mosczynski mpp. Legit Rybicki mp. = Quas ejusmodi Litteras Extractûs Supra enunciati Lii ut præmissorum oblatus, Nos ad Acta hæc Metrices Cancellariæ inseri, et ex illis fideliter descripti Parti requirenti authentice extradi, ipsumq; Extractum offerenti restitui. De quo realiter restituto Cancellaria hæc Nostra præsentibus quietatur: / Jussimus. In quorum fidem &c. / Datum ut Supra.

Actum Varsaviæ Sabbatho
post Festum Sancti Martini
Episcopi et Confessoris proxime
Videlicet Decima Sexta
Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Septuagesimo Primo Regni vero
Nostri Octavo Anno.
Ad Relationem Illmi ac Excellmi
Dni

Dñi Joannis in Warklany Prele Comitis à Borch Prasancellarii Regni Lucinensis, Daugheliscz, Ztuchoviensis Capitanei.

Inscribit per Suum Plenipotentem modo Simplicis Debiti Summam 8000. Aureor Hungaricalium in specie tum Thalerorum Albertinorum seu turant 5323. 1/4. Grōs Petrus Nicolaus de Gartenberg Sadogurski Generalis Rei Monetariæ Administrator. Grō Unrug Capitaneo Zielenkiewicz.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, deque præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nrē Minoris Comparens perstr Nobilis Christianus Emmanuel Bürger, Vigore Specialis Plenipotentiæ ad infrascribendum eidem Comparenti à Grō Petro Nicolao Bartenberg Sadogurski Intimo Nro Consiliario et generali Rei Monetariæ hoc in Regno Nro Administratore Subdata in Satanow Die Decima Sexta Mensis Januarii Anno præterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo in Scripto Manuali data, et ad Acta Terrestria Leopoliensia eodem Anno Feria Tertia post Festum Sanctæ Agnetis Virginis et Martyris proxima videlicet die Vigesima Tertia ejusdem Mensis Januarii per oblatam porrecta, atq; hic ad Acta præsentia exhibita, Nomine et in rem Supra expressi Grī Principalis Sui Agens, Sanis mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nrē Regiæ quoad infra recognoscenda tantum se, ac Suum Grōsum Principalem cum bonis Gus generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, gratam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse eo quo supra Nomine Generosa Alexandro Unrug Capitaneo Zieleniebiensi ejusq; Legitimis Successoribus modo veri, certi, realis, liquidiq; debiti tenetur ac debet, Suumq; Principalem, ipsiusq; Successores teneri ac Debere Summas binas, Unam Aro Millium Aureorum in Specie Hungaricalium justi ponderis, alterari Quindecem Millium Grecentrum Viginti Trium et quartam "unius" partē Thalerorum Albertinorum vulgo Curant. quam utramq; Summam securitatis majoris gratiā de et super Bonis supradicti Grōsi Principalis Sui, generaliter omnibus Mobilibus et immobilibus Summisq; quibuscunq; pecuniariis habitis et habendis Signanter in

Bonis

Boris Sierakowszky Lyzna dictis in Palatinatu Pyznaniez sitis, ipsorumq; omnibus attinentiis, inscribit, obligat et assecurat, ipsamq; seu ipsas hinc et pro Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in Anno Deodante Venturo Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo sc, seu verius Summam Principalem Cum Provisione Sex a Cento in Annum pendenda Solutarum, enumeraturum, ac circa dicta Castra Varsaviensia illoq; in officio repositurum et relicturum indeq; non ejusturum, aut quovis modo arrestaturum, Submittit et obligat, idq; Sub Vadio Similis Summæ Casu alicujus Contravectionis præsenti Inscriptioni Debitoreæ, seu pralibatarum Summarum tum Provisionis in termino præexpresso non Solutionis per alte dictum Grossum Principalem ad Solvendum Succumbendæ. Ita quo, de ipsare principali Status existens, Foro proprio renuntiando, coram Judicio Terrestri sive Officio Castrez Varsaviez, aut etiam Judicio Commissionis Reipublicæ Thesauri Regni, idem Grossus Principalis Suus Suis cum Successoribus peremptorie præfixis quibusvis dilationibus et exceptionibus respondere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Debitoreæ de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Christianus Emanuel Jürgens
Plenipot: ad hæc P. N. Baronis de Gartenberg

Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoream sic ut præmissum facta et recognita fr. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia post Festum Sanctæ Luciæ Virginis et Martyris proxima. Die scilicet Decima Septima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Subscripti Secretarii ac Excellmi Dni Dni Professionis Cellarii Regni.

Cedunt de Debitis Curiis suis in Platea Ogrodowa dicta Varsaviæ Sitis. Gri Andreas Oginski Referendarius M. D. Litt. et Paula de Szembeki Conjuges & Gro Isidoro Szembek Majori in Exercitu Serenissimi Regis Borussiæ.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus

Metrices

Metricus Regni Cancellarie Nrē Minoris Comparentes per-
sonaliter Gnōsi Andreas de Kozielsko Oginski Referendari-
us Magni Ducatus Lithuaniæ et Paula de Szembeki invicem
Conjuges, Sani mientibus et Corporibus existentes, receden-
do a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis
propria, huic autem Nrē Regiæ, quo ad infra tantùm vec-
groscendo, Sese, Suis cum Successoribus, tum Suis genera-
liter omnibus Subjiciendo et incorporando, palam, sponte
ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recogno-
scunt. Quia Ipsi de omni et integro Jure suo, quod
sibi Recognoscentibus ad Superficies binarum Curia-
rum sibi Contiguarum, hic Varsaviæ in Platea Ogro-
dowa dicta, fundo vero hæreditario Domûs Varsa-
viensis tituli Sanctæ Crucis Congregationis Missio-
nis cum Solutione ex ipso annuatim præfatæ Domui
Census sive canonis, inter Vicinitates Famatorum
Suchynskich, Krzyżopolskich et Glińskich ab una, Ipsi
Matuszewski ac Famatorum Pierzchała et Mary-
nowski ab altera, tum Famatorum Domanowskich
a tertia partibus Sitarum, a Spectabilibus Szepie-
ry et Łopackie mediantibus ~~[illegible]~~ Transactioni-
bus cæsarum, per Se vero Recognoscentes maxima
ex parte extructarum, ac in Sua cuique actuali
possessione existentium, servit et competit, servie-
batq; et competebat, deq; omnibus earundem Curia-
rum usibus fructibus, proventibus, commodis, uti-
litatibus et emolumentis, nihil pro Se Recogno-
scentibus, Suisq; Successoribus ea eodem jure, dictisq;
Curiis reservando et excipiendo, verum ita late, con-
ge et circumferentialiter, prout nunc existunt, per
eosq; Recognoscentes possidentur, accepta ab Ipsis
pro præmissis Curiis reali ac sufficienti satisfactio-
ne, edunt et condescendunt, omneq; ac integrum
hoc idem jus Suum in rem et personam dicti Gnōsi
Isidori a Stupow Szembek Majoris in Exercitu Ser-
mi Regis Borussiæ, ipsiusq; Successorum trans-
fert, transfundat, incorporat, ac cum parata tuitione
ac Evictione resignant perpetuo eorundem. Intromis-
sionem ad easdem Curias, ipsarumq; quævis ædificia
attinentiasq; et pertinentias officiose acceptandam ex-
tunc libere dant, et defacto admittunt, pacem cum Tui-
tione et Evictione generali super Bonis Suis omnibus
& jam ex tunc et defacto Gnōso Isidoro a Stupow Szembek Majori in Exercitu Sermi Regis Borussiæ cavent
Illiusq; Successoribus,

cavent et inscribunt, id q' Sub Damnis Terrestribus simplici verbo absq' juramento faciendis et casu Contravencionis presenti Inscriptioni sue Cessionarie, sed non facte tuitionis et victionis ad solvendum succumbendis. Pro quibus in Foro alibiquinario competenti, suis cum Successoribus peremptorie respondere tenebuntur. His suis pactis aliisq' in Literis desuper mediantibus. Alias in forma Inscriptionis Cessionarie de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manibus propriis se se subscripserunt.

Andreas in Kozielsko Oginski
Referendarius M. D. Lithuaniae.
Paulus Sokembeckus Oginska R. W. Litt.

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam sicut premissum fuit recognitam. Datum ut supra.

Roborant Contractum Resignationis Sortium hereditariarum in Bonis Werbkowice, Terebin Terebiniec, aliisq' in Palatinatibus Belzens, et Lublinec, alias Terra Chelmensi sitis, Jus Josephus Grzybowski Subdapifer Terrae Sernensis ab una, et Matheus Theodorus Szydlowski Castellanus Masovie parte ab altera. Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Rex. Quod coram Nobis, Actisq' praesentibus Metrices Regni Cancellariq' Rae Minoris Comparentes personaliter Jus Josephus de Windyki Grzybowski Subdapifer Terrae Sernensis, olim Magnificorum Isidori de Windyki Grzybowski Castellani Sernen et Annae Kurzeniecka legitimorum Conjugum Filius, olim vero Spor Theophili Grzybowski Succamerarii Sernen et Theresiae Krzywicky ka Conjugum Nepos, olim quoq Jos Barbarae Noskowska, Jus olim Adami Noskowski Succamerarii Lublinen et Catharinae Sirleiowna Conjugum Filiae, Jus autem olim Caroli Noskowski Capitanei Bobrovnices Sororis germanae Pronepos ab una, et Matheus Theodorus in Szydlowo parva et magna Szydlowski Castellanus Masovie, olim Georgii Jacobi Antonii duorum Dominum Szydlowski Vexilliferi Terrae Siechanovien et Antoninae Podoska Conjugum legitimus

162. Legitimorum Filius parte ab altera, sani mentibus et
corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus
et Jurisdictione sua quavis propria, hui autem Nostra
Regiae quo ad infra tantum recognoscenda, se suis cum
Successoribus, bonisq suis generaliter omnibus subjici-
endo et incorporando, palam, sponte, libere ac per expres-
sum recognoverunt. Quia Ipsi Contractum certum occa-
sione Resignationis Bonorum, seu Sortium hereditа-
riarum in Bonis hereditariis Clavis Werbkovienſis,
videlicet Villis Werbkowice, Terebin, Terebiniec, Strzytow,
Zamtynie, Stolownia, Kotorow, Koropne, Luszczowe, tum
aliis, nempe Hostynne, Lotow, Mastomycz, Szernięcin sive
Szernięcinek, Sktyiczyn, ipsorumq attinentiis et pertinen-
tiis in Palatinatibus Belzen et Lublinen, tum Terre Chel-
men sitis, in favorem Ipsum Grzybowski Subdapiferum
Terrae Lubl. post olim Mtam Mariannam Casimiram
duorum Nominum de Sirkeie Sapiezyna Palatinam
Brestens M.D. Litt. jure naturali Successionis ex directa
linea devolutarum, tum Summarum quarumvis ex ea-
dem Successione ipsum concernentium, hic Varsaviae
sub die Decima tertia Mensis et Anni praesentium mu-
tuo et ab invicem inter se Partes Recognoscentes ini-
tum, conclusum et conferratum, manibusq suis, et Mi-
corum rogatorum propriis subscriptum, Sigillisque
gentilitiis communitum, damnisq terrestribus firma-
tum, in omnibus et singulis punctis, clausulis, arti-
culis, nexibus et ligamentis approbarunt, roborarunt et ra-
tificarunt, prout praesentibus mutuo et ab invicem
approbant, roborant et ratificant, lidemq tam in toto,
quam in quavis illius parte stare, parere et plene
satisfadere se suis cum Successoribus de et super
bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis
inscribunt, obligant et assecurant, idq sub damnis
terrestribus. Pro quibus in casum Contraventio-
nis praenominato Contractui Fora propria renun-
tiando, coram Judicio Terrestri sive Officio Castre
Varsaviensibus suis cum Successoribus peremptorie
respondere tenebuntur. His suis personaliter reco-
gnitionibus ad premissa mediantibus. Alias informa
Roborationis de jure plenissima. Pro majori vero
firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Josephus a Wendyki Grzybowski DTC

Theodorus Szydłowski

Quam ejusmodi Roborationem sic ut premittitur
factam et recognitam Sg. Actum ut supra.

Donat

Donat Sortes suas hereditarias in Bonis Werbkowice, Terebin, Terebiniec aliisq in Palatinatibus Belzes et Lubliner aty Terra Chelmes sitis habitas Gnus Josephus Grzybowski Subdapifer Terræ Sernensis Illmo Theodoro Szydłowski Castellano Masoviæ.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Gnus Josephus de Wirdyski Grzybowski Subdapifer Terræ Sernensis, olim Illmorum Isidori de iisdem Wirdyski Grzybowski Castellani Sernensis et Anna Kurzeniecka Conjugum Legitimorum Filius, olim vero Gnor Theophili Grzybowski Succamerarii Terræ Sernensis et Thereſiæ Krzywe Zycka itidem Conjugum Nepos, jam autem olim Gnæ Barbaræ Noskowska olim Gnorum Adami Noskowski Succamerarii Lublinen et Catharinæ Firleiowna Conjugum Filiæ, Gni olim Caroli Noskowski Capitanei Bobrownicen Sororis germanæ Pronepos, ac Supra expressorum Antecessorum Suorum in Substantiis Noskoviana, Firleiowiana et Krzywe Zyccziana naturalis Successor, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Bonis, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se Suis cum Successoribus, Bonisq Suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, jedam, sponte, ac per expressum recognovit. Quia Ipse inhærendo Contractui Resignatorio Actis præsens hodierno sub Actu roborato, Bona Sub. seu Sortes Suas hereditarias, quæ eguales ipsum post olim Illmam Mariannam Casimiram Duorum Nominum de Firleie Sapiehyne Palatinam Brestensem M.D.Litt. in Bonis hereditariis Castellanis Werbkowiensis, videlicet Villis Werbkowice, Terebin, Terebiniec, Strzyżow, Zamłynie, Holownia, Kotorow, Konopne, Łuszczow, necnon Hostynne, Łotow, Marłomyczka, Czernięcin sive Czernięcinek, Stryiczyn, eorundemq Bonorum omnibus attinentiis et pertinentiis in Palatinatibus Belzen et Lublinen tum Terra Chelmen sitis et jacen, via et jure naturalis Successionis per Capita Supra expressorum Antecessorum concernunt et spectant, ac in eum sunt devolutæ, cum omni earundem Sortium jure, dominio, proprietate, proximitate, hereditate, agris, pratis, campis, pascuis, expulsoriis, borris,

Sylvis,

164. Sylvis, nemoribus, rubetis, virgultis, pomariis, taygis, pi-
scinis, fluviis, aquarum decursibus, molendinis, molen-
dinatoribus, aedibus, Palatiis, aedificiis, praediis, juribus, tam
in oppidis, quam Villis existen, brakatoriis, tabernis, taberna-
toribus, domibus, casis, Cenethonibus, Subditis utriusq sexus
tam praesentibus, quam profugis, liberaq eorum laboribus, datiis, censibus,
decimis, vigiliis nocturnis diurnisq, usibus fructibus, pro-
ventibus, reditibus, cumq jure Patronatus praesentando-
rum Parochorum utriusq Latini et Graeci Ritus, prout hoc
jus aliqua supra expressorum afficit Bona. Cunctisq
attinentiis expertinentiis, ita quod generalitas specialita-
ti, et specialitas generalitati derogare minime debe-
at, nihil quidquam prorsus Recognoscente, aut suis Succes-
soribus reservando vel excipiendo, sed ita late, longe
et circumferendialiter, prout dictorum Sortium hare-
ditas se se in suis metis extendere, ac ad Le Recogn-
scentem pertinere debuit et debet, jam exnunc e desu-
eto Mtto Theodoro in utroq parva et magna Szyd-
lowski Castellano Mazovie Szrzonen. Domi-
nez Capitaneo, ejusq legitimis Successoribus, modo
verd, pure, et irrevocabilis Donationis titulo et hd-
reditate, dat, donat, inscribit et resignat perpetuo
et in evum. In quod quidem Bona, seu Sortes hared-
tarias praesentibus resignatas, earumq attinentias
Idem Prosas Recognoscens supra expressos Mattheo
Szydlowski Donatario suo, ejusq Successoribus, rea-
lem Intromissionem, cum actuali corporalis posses-
ne per Ministerialem quemvis Regni generalem,
et Nobiles duos facilius ad id conducendos quovis
tempore capiendam, amodo dat et exnunc admit-
tit, dataq et admissam nec per Le, nec per quas-
vis Subrogatas aut Subordinatas personas pre-
sentes aut impugnaturum. Se se submittit
et obligat, quin imo Eundem Magnum Donatari-
um Suum ab omni et quavis impetitione juri-
dica et extrajuridica omnium et singularum
personarum propinquarum et remotarum, cu-
jusq Status, Sexus et Conditionis existentium
occasione praefatarum Sortium hereditariar,
resignatarum, intercedere, evincere, et libere-
re se ac obligat, eoq intuitu, Evictionem genera-
lem de et super Bonis suis generaliter omnibus
ubiq habitis et habendis, hereditariis et obligatoriis

so

cavet,

cavet, inscribit et asseurat, idq; sub Damnis Terrestribus. Pro quibus casu Contraventionis presenti Inscriptioni sue Donatorie seu Contractue Fruitionis et Ebictionis, Status Existens Jus Recognoscens Fori proprio renuntiando, in Judicio Terrestri, Sive Officio Castrensi Varsaviensibus Suis cum Successoribus peremptorie Respondere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Donationis ex designationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit. Joseph Grzybowski Sd 7 Cpe

Quam ejusmodi Donationem Sri ut premissum facta et recognita, Nos firmam, ac de jure validam habere volentes &c. Actum ut supra.

Quietat de pretio Bonorum seu resignatarium Sortium hereditariarum in Bonis Werbkowice, Terebin, Terebiniec aliàs in Palatinatibus Belzens et Lublines atq; Terrâ Chełmen sitis, Jus Josephus Przysowski Subdapifer Sern Alteum Theodorum Szydłowski Castellanum Masovie.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; presentibus Metricas Regni Cancellaria Nrâ Minoris Comparens perdil. Jus Josephus de Min. Dyki Grzybowski Subdapifer Terrae Sernen. olim Magnificorum Isidori de iisdem Winidyki Grzybowski Castellani Sernen. et Annae Kurlenieckiej Legitimorum Conjugum Filius, olim verò Magci Theophili Grzybowski Succamerarii Sernensis et Theresiae Krzywickiej Conjugum Nepos, olim quoq; Pdae Barbarae Nowakowskiej olim Adami Nowakowski Succamerarii Lublin. et Catharinae Firleiownae Conjugum Filiae; Pdi autem Caroli Nowakowski Capitanei Robronicen. Sororis germanae Pronepos, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, hinc autem Nrâ Regiae quoad infrascriptum recognoscenda, se Suis cum Successoribus, bonisq; Suis generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, palam, Sponte ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse Magnificum Theodorum

166. Theodorum de utraq; Szydłow Szydłowski Castellanum Masovie, cum ejus Successoribus de suprema pro pretio Bonorum, seu Sortium suarum Hereditariarum in Clari Werbkoviensi, videlicet Villis: Werbkowice, Terebin, Terebiniec, Strzyżow, Zamłynie, Hołownia, Katorow, Koropne Łuszczowo, atq; Hostynne, Łotow, Mastomycz, Czernięcin, sive Szczuięcinek, Skryczyn, ipsorumq; attinentiis, in Palatinatibus Belzen et Lublinen tum Terre Chełmen sitis et jacentibus, jure Naturalis Successionis post dim Magdam Mariannam Casimiram duorum Nominum de Firleje Sapiezyna Palatinam Brestensem M.D. Litt. idque per caput supra expressorum Anteceßorum Suorum inde Recognoscentem devolutarum, hodierno vero sub Actu Coram Actis presentibus Eidem supra scripto Magco Castellano Masovie per se Recognoscentem resignatarum, Contractu earundem Sortium Resignatorio, itidem hodierno sub Actu et Actis quoq; presentibus hinc inde roborato constituta exposita, uti et tanquam sibi Recognoscenti ad mentem ejusdem Contractus realiter, totaliter, et effective exsoluta et enumerata, tum de ipso Contractu quoad Solum hoc punctum Solutionis ejusmodi Summe, quietat, emittit, Liberum et absolutum in perpetuum facit et declarat, nihil amplius sibi Recognoscenti, Suisq; Successoribus intuitu prerecensite Summe juris, pretextus, reservando et relinquendo. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate Manu propria se Subscripsit.

Joseph Grzybowski D. Cast

Quam ejusmodi Quietationem sic ut premittitur factam et recognitam Nos firmam ac de jure Validam haberi volentes, eandem ad acta presentia Subscripsimus. Actum ut Supra.

Cedit Gnrosus Josephus Grzybowski Sub Dapifer Terre Cernen

Cernene de Summis quibuscvis Se in Substantijs Firleio-
viana Koskoviana et Krzywczyeciana rdi legitimum Suc-
cessorem concernentibus, tum de jure propinquitatis adeasdem
Substantias seu Bona Sibi servienti. Magfro Theodoro Szydlow-
ski Castellano Masovie.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis Actijs presentibus Metrices
Regni Cancellarie Nrē Minoris. Comparens perīlr Gsūs Josephus
de Windylis Gnybowski Subdapifer Terre Cernensis, olim Magfi-
corum Isidori de iisdem Windylis Gnybowski Castellani Cernensis
et Annæ Kurzeniecka legitimorum Coniugum Filius, olim
vero Gregorium Theophili Gnybowski Succamerarii Cernensis
et Theresiæ Krzywczyecka Coniugum Nepos. olim quoq; Grīe
Barbare Noskowska Grzegorzowa olim Adami Noskowski Succa-
merarij Lublinens et Catharinæ Firleiowna Conjugum Filiæ
Grīi autem Caroli Noskowski Capitanei Bobrovnicens Sororis
germanæ Pronepos, Sanus mente et corpore existens, recedendo
a Foro Terris Districtibus et Jurisdictione Sua quavis propria
huic autem Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscen-
da, se Suis cum Successoribus bonisq; Suis generaliter omni-
bus subijciendo et incorporando. palam sponte ac per expres-
sum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse de qui-
busvis Summis pecuniarijs quæ et quales post Supra ex-
pressos Antecessores Suos via legitimæ et naturalis Successio
nis Se Recognoscentem erga alios Consuccessores concer-
nunt et respiciunt, ubivis et apud quascunque Personas
hærentibus, nec non de jure Suo Propinquitatij ad eximen-
dos alios Consuccessores de Substantia et bonis prænemo-
ratorum Antecessorum Suorum Sibi Recognoscenti servienti
et competenti, jam ex nunc et defacto Magfro Theodoro
in utraque Szydłowo Szydłowski Castellano Masovie.
illiusq; Successoribus accepto ab Ipso pro premissis Suf-
ficienti satisfactione cedit, et condescendit, hocq; totum
Jus Suum in Ipsius Personam Ejusq; Successorum
transfert. transfundit, et incorporat plenarie et ex
integro, Alias cum plena facultate et potestate vigore
istius Juris Cessi, Summas huyusmodi omni meliori
modo per Ipsum a quo viterevit vindicandi, easdem le-
vandi, iisdem fruendi, inque Suos Suorumq; Successorum

benepla

bene placitis usus convertendi, proximitatisq ratione quæ
Sibi Recognoscenti hactenus competit cæteros Consuccesso-
res de Bonis et Substantia ut premissum est Ante
cessorum Suorund eximendi eamque sive ea adeundi
apprehendendi et pleno Jure possidendi, Submittens Se.
et de ai Super bonis Suis generaliter omnibus in
scribens Sæpe memoratum Magnum Cessionarium Su-
um Eiusq Successores in hoc Jure Cesso, nec per se, nec
per Suos Successores impediturum aut interturbaturum
quinimo Eundem et Eorndem tuiturum et evicturum idq
Sub Damnis Terrestribus. Pro quibus casu presenti Cessio
ni Suæ contraventionis Foro proprio omisso in Judicio Ter-
restri vel Officio Castrens Varsaviens Suis cum Successoribus
peremptorie respondere tenebitur. Hac Sua personali Re
cognitione ad premissa mediante. Alias in forma Cessio-
nis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate
manu propria se Subscripsit. Joseph Grzybowski Sd Ve
Quam ejusmodi Cessionem sic ut premissum fuit Le.
Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta in
Vigilia Festi Sancti Thomæ Apo:
stoli proxima, Die scilicet Vigesima
Mensis Decembris. Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Septua-
gesimo Primo. Regni vero Nostri
Octavo Anno.

Ad Relationem Supradicti Illrsmi ac
Excellmi. Dni Dni Procancellarij Regni.

Robor ad Scriptum certum Magnificus Theodorus Szyd-
towski Castellanus Masoviæ in rem Grossi Josephi
Grzybowski Subdapiferi Terræ Cernensis datum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod Coram Nobis Actisq præsentibus
Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris. Comparens
personaliter Magnificus Theodorus Szydłowski Castellanus
Masoviæ

Masovie, sanus mente et corpore existens, recidendo a Foro, Terrij
Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria, huic autem Nrae
Regiae quo ad infra tantum recognoscenda se suis cum Successori-
bus, bonisq suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando.
palam, sponte ac benevole recognovit, praesentibusq per expressum
recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum a se Recognoscente sub
Die hesterna videlicet Decima nona Mensis Decembris Anno cur-
renti hic Varsaviae in rem Grsi Josephi Grzybowski Subdapiferi Ter-
rae Cernensis datum, Manuq sui Recognoscentis subscriptum, et
Sigillo Domus suae in Cera rubra hispanica expresso munitum.
in omnibus et singulis ejus punctis, clausulis nexibus et liga-
mentis, approbat, ratificat et roborat, ipsiq stare parere et ple-
ne satisfacere se suis cum Successoribus submittit obligat, ac
de et super bonis suis habitis et habendis inscribit, et assecu-
rat idque sub Damnnis Terrestribus simplici ver-
bo et absque Juramento Faxandis et dicendis, pro
quibus casu contraventionis supramemorato Scri-
pto suo praesentibus Roborato Citatus existens, Foro
proprio omisso coram Judicio Terrestri sive Officio
Castrensi Varsoviensibus suis cum Successoribus pe-
remptorie praecisis quibusvis dilationibus, Exceptioni-
bus, Juriq quibusvis beneficiis respondere tenebitur
Hac sua personali Recognitione ad premis-
sa mediante, Alias in forma Inscriptionis Robora-
toriae de jure plenissima, firmissima, et per-
fectissima. Pro majori vero firmitate
Manu propria se Subscripsit.

Theodorus Sydlkowski
Capellan

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboradoriam
sic ut premissum laudans et recognitam. Nos
firmam ac de jure validam habere volentes. Laudem
ad Acta praesentia Suscipi. &c. Actum ut Supra.

170. *Sub eodem Actu.*

Inscribit modo simplicis debiti Summam 1000. Aureorum Hungaricalium in Specie Rndus in Christo Pater Andreas Stanislaus Kostka Mlodzieiowski Episcopus Posnaniensis Supremus Regni Cancellarius. Nobili et Excellenti Danieli Verrhes Medicine Doctori.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq' presentibus Metrices Regni Cancellarie Nre Memorie comparens personaliter Rndus in Christo Pater Andreas Stanislaus Kostka Mlodzieiowski Episcopus Posnaniensis Abbas Commendatarius Stebdoviensis Supremus Regni Cancellarius, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nre Regie quo ad infra tantum recognoscenda, Se Suis cum Successoribus Sanguinis, Honisq' Suis generaliter omnibus, Subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, presentibusq' recognoscit. Quia ipse Summam Mille Aureorum hungaricalium in Specie boni et justi ponderis certi veri, justi, realis, legalisq' Debiti seu mutuo accepti pecunie, Nobili et Excellenti Danieli Verrhes Medicine Doctori, Honisq' Successoribus teneatur ac debet, Successoresq' Suos Sanguinis teneri ac debere de et super bonis Suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus hereditariis et obligatoriis Summisq' quibuscuis pecuniariis habitis et habendis. Signanter et Super Lapidea Sua hereditaria hic Varsavie in Platea Podwale dicta, inter Vicinitates ex una, Palatii Branickiani quondam Pukxnowski dicti, et Lapidea Aedalis Banczakiewiczowska dicti, et Lapidea Aedalis Banczakiewiczowska Vocitata Sita, Noviter à Se Recognoscente extructa, Quam quidem Summam Mille Aureorum hungaricalium in Specie hinc et prodie Decima Septima Mensis Septembris in Anno Deodante Venturo Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Quarto una cum Provisione per Cto à Centum in Annum pendenda, exponte a

Se

se determinata se soluturum, et realiter enumeraturum, ac circa acta quævis authentica Regni repositurum, nec inde effidejeraturam aut quovis modo arrestaturum se suis cum successoribus Sanguinis de et super bonis suis generaliter omnibus inscribit obligat et assecurat, idque sub Vadio similis summæ. Pro qub, ac ipsa Summa principali, casu contraventionis præsenti Inscriptioni suæ Debitoreæ, seu Summæ prætatæ in termino totalis non exolutionis lætatus & existens, in Foro Ubiquinario competenti suis cum successoribus Sanguinis peremptorie respondere tenebitur. Hactenus personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis simpliciter debiti de jure plenissima. Pro majori verafirmitate manupropria se subscripsit.

And. Stanislaus Mlodzieiowski Eppus Ponar

Supremus Regni Cancellarius.

Quam ejusmodi Inscriptionem Debitoream sic ut præmittitur factt et recognitam &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu.

Inscribit Vadiatum Plenipotentem Gnæus Josephus Potocki Incisor Regni, Gnæum Ignatium Ludovicum Nowicki Metrices Regni Cancellariæ Majoris Prætectum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Gnæus Josephus Potocki Incisor Regni Capitaneus Leżayscensis sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, de subjiciendo et incorporando, palam, sponte, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia ipse in suum verum, Legitimum, indubitatum, ac Specialem Plenipotentem Gnum Ignatium Ludovicum Nowicki Secretarium Nrum, ac Metrices Regni Cancellariæ Majoris Prætectum ad triennium integrum eligit, constituit, creat, inscribit, et solenniter ordinat. Dans et tribuens eidem Gno Speciali suo Plenipotenti nomine et in rem sui Recognoscentis

tis

172 tis Contractus quosvis tam Resignatorios Bonorum
sui Recognoscentis propriorum et hereditariorum,
quam Obligatorios, aut Arendatorios cum quibusvis
Personis ineundi, in forman debitam redigendi, eos-
dem Actis authenticis roborandi, Transactiones ex
iisdem Contractibus pullulantes recognoscendi, pre-
tium Bonorum resignatorum Levandi, de eodem q
quietandi, Intromissiones ad dicta Bona dandi et ad-
mittendi, nec non alia Bona in rem sui Recogno-
scentis emendi, de pretio ipsorum componendi, atq;
juridice transigendi; Intromissiones in taliter empta
sive per se, sive per Substitutum acte, capiendi et
apprehendendi, Summas à quocunq; sibi Recogno-
scente ad Solvendum provenientes Levandi, de
Levatis ac exolutis officiose quietandi, Terminos
Solutionis ipsarum attendendi, de non Solutis
in Termino protestandi, atq; ipsarum Solutionem
etiam via juris urgendi, tum pro exigentia ne-
gotiorum sui Recognoscentis Summas in rem sui
Recognoscentis ab aliis contrahendi, illasq; super
Bonis sui Recognoscentis propriis et hereditari-
is inscribendi et assecurandi de exolutis iisdem
Quietationes obtinendi. Cateraq; pro rei et negotior
suor exigentia faciendi et exequendi. Cavens atq;
praesentibus inscribens ea omnia, quae per Suprascriptum
Procuratorem Speciale Plenipotentem Suum in Premissis juridice
facta et gesta fuerint, pro rato, grato, firmo ac valido
id q; sub Vadio duorum Millionum Florenorum Polon. susceptu-
rum. Hac sua postli recognitione ad omnia et singula prediante.
Alias informi Specialio et Vadiate Plenipotentiae de jure
plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria subs.
scripsit.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut praemissum
facti et recognitti Nos firmam, ac de jure
validam haberi volentes, eandem ad lata praesentia
suscepi, inscribi fe. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Tertia
post Festa Solemnia Nativi-
tatis Christi Domini Die sexti-
et Trigesima Prima Mensis
Decembris Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Septua-
gesimo Primo. Regni vero Nostri

Octavo

Ad Relationem Supremi Illmi ac Exellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Inscribit modo simplicis debiti Summam 70000. Flor Polon Rndus in Christo Pater Antonius Casimirus Ostrowski Eppus Vladislavien Geō Thomæ Skuzewski Majori in exercitu Regni.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis dilectę præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nrē Minoris Comparens perslr Rndus in Christo Pater Antonius Casimirus Ostrowski Episcopus Vladislavien sis et Pomeranię Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti; huic autem Nrē Regiæ quoad infra tantum recognoscenda, se, suis cum Successoribus Sanguinis, Bonisq suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, præsentibusq recognovit. Quia Ipse Summam Septuaginta Millium Florenorum Polonicalium Currentis in Regno Monetæ modo certi, veri, realis, simplicisque debiti Generosa Thomæ Skuzewski Majori in Exercitu Regni, Illiusq Successoribus teneretur ac debebet, Suosq Successores Sanguinis teneri ac debere, Ipsumq de et super Bonis Suis generaliter omnibus hereditariis et obligatoriis, Summisq quibuscunq pecuniariis habitis et habendis Signanter super Palatio et Lapidea suis hereditariis Plebis Varsaviæ in suburbio Cracovien penes Plateam Krzia dictam, ex in altera Trembacka vocitata sitis, inscribit et assecurat, atq Lan- dem Summam Septuaginta Millium Florenorum Polon Currentis in Regno Monetæ, hinc pro Vigilia Festi Sanctorum Trium Regum in Anno Deo dante futuro Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Tertio una cum Provisione Sex a Cento in Annum Computanda, se Solutorum et totaliter, realiter enumeraturum, ac iterum et totaliter, realiter enumeraturum, ac circa Acta quævis authentica Regni repositurum, nec effi dejecturi aut quovis modo arrestaturum

se

174. se Suis cum Successoribus Sanguinis, Submittit, et obligat idque Subvadio Similis Summæ Cujus Contraventionis præsenti Suæ Inscriptioni, seu prærecensitæ Summæ Septuagynta Millium Florenorum Polon in Termino non excolutionis ad Solvendum Subcumbendo. Præque, ac ipsa Summa Principali Status existens, in Foro Ubiquinario Competenti Suis cum Successoribus Sanguinis perempto-rie respondere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis Simplicis debiti de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Antonius Casimirus Ostrowski
Episcopus Vladislaviensis Pomeraniæ

Quam ejusmodi Inscriptionem Simplicis Debiti sic ut præmissum Facit et recognitio, Nos firmam ac de jure Validam haberi volentes Sig. Actum ut supra.

Incipit Annus 1772.

Actum Varsavia Feria Tertia in crastino Festi Epiphaniæ Die scilicet Septima Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Illmi ac Excellmi Dni Dni Joannis in Warkliany Prele Comitis a Borch Vicecancellarii Regni, Locumtenentis, Dauglieliscensis, Gluchoviensis &c. Capitanei.

Inscribunt sibi Donationem Reciprocam omnium Bonorum Nobiles Lageniæ Conjuges Stanislaus Augustus &c. Significiamus &c. Quod

coram

coram Nobis, Actisq' præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparentes personaliter Nobiles Carolus Lagenie actualis apud Aulam Nostram Regiam Chyrurgo-Medicus, et Anna de Kostrzewskie, olim Nobilium Joannis Christophori Kostrzewski Philosophiæ et Medicinæ Doctoris et Marianne de Schindlery Conjugum legitimorum filia, invicem Conjuges. Maritus quidem per se, Consors verò in personali assistentia Gnosi Francisci Xiz Colonelli in Regimine Guardiæ Pedestris Regni ad hunc actum de Consensu Mariti sui assumpti Curatorio agentes, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo a Foro, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quoad infra recognoscenda, se se cum bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, non compulsi, nec coacti, sed matura deliberatione animi intra se præhabita, palam, sponte, benevole ac per expressum recognoverunt, præsentibusq quilibet experssa præsue interesse recognoscunt. Quia Illi mutuum amorem et benevolentiam sibi abinvicem contestari volentes, in casum alicujus periculi et inopinatæ unius ex se Recognoscentibus sine desiderata Prole mortis, omnium Bonorum suorum propriorum et hereditariorum Mobilium quacunq in specie existentium, et immobilium, tam hic Varsaviæ, quàm ubiq in Regno, ac alibi habitorum ac habendorum, tum Summarum quarumvis pecuniariarum ad se Recognoscentes quovcunque Jure spectantium et pertinentium, nullis penitus exceptis, mutuo sibi et abinvicem /: amovendo et excludendo quosvis suos Consanguineos proximiores et Collaterales :/ dominium et hæreditatem dederunt, donaverunt, inscripserunt et resignaverunt, prout per præsentem ~~huius~~ ad Acta hæc Comparitionem suam præsentibus dant, donant, inscribunt et resignant Sibi Videlicet modo: Et si præfatum Nobilem Carolum Lagenie Maritum Suum prius mori quam Nobilem Consortem contigerit, extunc eadem Nobilis Consors relicta, videlicet Anna de Kostrzewskie Bona omnia mobilia et immobilia ad Nobilem Maritum suum spectantia expertinentia, atq' Summas ipsius, pleno jure obtinere et possidere, itaq' uti frui cum omni dominio, proprietate, propinquitate, titulo hæreditario ac cum plena potestate dandi, donandi, vendendi, commutandi, alienandi, et in quosvis usus suos, suorumq' Successorum beneplacitos convertendi,

potens erit,

176. patens erit. et debebit, Sine quovis Supradicti Mariti Successorum impedimento, quibus nullam rationem omnium et singulorum bonorum Maritalium reddere, nullumq Inventarium conficere tenebitur. Ne vero iidem Nobilis Mariti Successores praetermissos se esse existiment, illis in Vim Legitimae, et quidem Nobili Josepho Lagenie Fratri sui Recognoscentis Mariti germano Quingentos Florenos Polonicales, Qui Anna Fridericae Nobilitate Rudzka Sorori Suae Uterinae itidem Quingentos Polonicales Florenos, jam vero Nobili Marcianne Kuerdil, Nobilis Marci Ludovici Kuerdil Consorti, Sua autem ex Fratre Nepti Duo Millia pariter Florenor Polonicalium, reddere et persolvere, Sibi praeterea Recognoscendi Marito decentem Sepulturam, et Suffragia pro Anima fieri curare, eaq praestare, Debitaq Sua in totum exolvere debebit et erit adstricta. Quodsi vero vicissim Nobilem Annam de Kostrzewska Consortem prius, quam praefatum Nobilem Carolum Lagenie Maritum absque prole legitima vita fungi evenerit, extunc idem Nobilis Maritus Superstes, omnia bona Mobilia et immobilia, Summasq Nobilis Consortis Sue pleno jure obtinebit et possidebit, iisq cum omni Dominio, proprietate, pro pinquitate, utilitatibus, fructibus, commodis, utifruetur, plenumq habebit potestatem et facultatem ipsa vendi, donandi, vendendi, Commutandi, alienandi, et in suos, Suorumq Successorum beneplacitos quosvis usus convertendi tempora in perpetua absque quovis quorumcunq prohibitione Nobilis Annae de Kostrzewskie Consortis Successorum impedimento, quibus pari modo nullam rationem eorundem Nobilis Uxoris Sue bonorum omnium et singulorum reddere, nullumq Inventarium conficere tenebitur. sed in Vim Legitimae Nobili Jacobo Kostrzewski unico tantum filio non extantibus praedimissoribus Consanguineis / Fratri Suo germano Tria Millia Florenorum Polonicalium exsolvere, praefatoque Nobili Consorti decentem Sepulturam et Suffragia pro Anima illius fieri curare, debitaq quovis ipsius exsolvere tenebitur et erit adstrictus. Praedictorumq

sibi

sibi adinvicem, quod durante vita sui utriusq Recognoscentium se se mutuo amore, benevolentia, et observantia prosequi debebunt, idemq sibi spondent. Si autem Prole desiderata praefatos Recognoscentes Deus Omnipotens in futurum beare voluerit, atq Proles se Recognoscentes, seu alterutrum supervixerit, praesens Reciproca Donatio superveniente illa Prole ipso facto absq alia Cassatione nulla erit, sed juxta praescriptum Legis utergq Conjunx Superstes se gerere debebit et debebunt. His earum personalibus Recognitionibus ac premissis mediantibus. Alias informa Donationis Reciproca de jure plenissima. Pro majori vero Firmitate manibus propriis se subscripserunt.

Karol. Lanceci.

Anna Lagénie

Franciszek Xiz. Paszkowski
qua Assistent athunc actum
a Nobili Lagéna Rogatus
et adhibitus

Quam ejusmodi Inscriptionem Donationis Reciproca, sic ut praemissum facta et recognitam, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Sexta
ante Festum Purificationis
Beatissimae Virginis Mariae
proxima, Die scilicet Trigesima
Prima Mensis Januarii Anno
Domini Millesimo Septingen-
tesimo Septuagesimo Secundo
Regni vero Nostri Octavo Anno.
Ad Relationem Supraseri Illmi
et Excellmi Dni Dni Profanctla-
ri Regni.

Quietant Nobis Lanelli Conjuges Joan Mariam de Lubomirskie Principem Radziwiłłowa Ensiferam M.D.Litt. adprafem Divortiatam, de Summa 2000. Aureor Hungaricalium.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, actisq praesentibus Metricis Regni Cancellariae Nrae Mineris Comparentes personaliter Generosus Joannes Tilly Vicecolonellus in Exercitu Regni, uti et tanquam Nobilis et Excellentis Caroli Lanelli, Altae Barbarae Principis Sanguszkowa Supremae M.D.Litt. Mare-

schalae

178 ychalue relicte Vidue actualis Ordinarii Medici coram
Actis Veteris Civitatis Gedanensis Die duodecima Men-
sis Decembris Anno immediate elapso Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo Primo. ad infrascriptum Negoti-
um Specialis constitutus et insuriptus Plenipotens, tum
Nobilis Maria Francisca Zanelli, Supradicti Nobilis
et Excellentis Caroli Zanelli Consors legitima, Sani mer-
tibus et Corporibus existentes, recedendo a Foro et Juris-di-
ctione sua quavis propria et competenti, huic autem Ma-
Regiæ quoad infra tantum recognoscendo se se subjicien-
do et sine vi coercendo, palam, sponte, ac per expressum re-
cognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi, et qui-
dem Groſus Tytly Suus Plenipotentiarius constituens videlicet
Nobilis Caroli Zanelli, jam vero Nobilis Mariæ Franci-
sca Zanelli Suo proprio, nominibus, jam ex nunc ad factu
Groſam Mariam de Lubomirskie Principem Radziwil-
ura Ensiferam M. D. Litt. ad præsens Divortiatam, tum
Ipsius Successoribus, de Summa Capitali Duorum „Aurco-
rum Hungaricalium boni ejusdem ponderis, mediante ac-
to Scripto manuali de data „Illius hic Varsaviæ die
Decima Octava Mensis Aprilis Anno Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Tertio, Actisq; Metrices Regni
Cancellariæ Minoris Eodem Anno Sabbatho ante
Dominicam Cantate proxime, sive die Trigesima Men-
sis præfati Aprilis roborato, per Eandem Jam Ensife-
ram M. D. Litt. a dictis Nobilibus Zanellich Conjugi-
bus mutuo accepta et ad Solvendum assecurata,
tum Provisionibus abhinc ipsa Summa restantibus
Libus et Anbeia proventibus, iisque pro Monis tri-
bus ad tenorem ereatum Supradicti Scripti Ma-
nualis per acto a Cento, pro Septem verò quartua-
libus in præsens tempus influentibus, nonnisi per
quinque Computatis, Sexcentos quinquaginta quin-
que Aureos Hungaricales effluentibus, nec non
de eodem ipso Scripto, ejusq; roboratoria Inscriptio-
ne Supra insinuata. obligatam tam Suo Princi-
pali Constituenti, quod S.bi Recognoscenti Conjugi
sufficiente Satisfactionem, seu integræ Supra relu-
Sitæ Summæ Capitalis Duorum Millium Aureorum
Hungaricalium atq; Provisionum præmisso modo
numerataruum, Sealem et effectivam Solutionem, quie-
tant, emittunt, liberam et absolutam in perpetuum
faciunt, nihil Sibi Recognoscentibus et respective ejus

nomine

nomine occasione supe dictae summae Capitalis, ac Provisionum sub
ut praefertur exolutarum, juris & praetextus cujuscunque pretensionis reser-
vando, imo hoc supra Instrumentum Scriptum cum ejus Inscriptione
roboratorii praesentibus cassant, mortificant et annihilant.
Hisque suis personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus
alias in forma Quietativonis de jure plenissima. Pro majori ve-
rosimilitate manibus propriis se subscripserunt. =
Francoise Zanelly. Joannes Josephus Tilly à Tilow
Vice Coll. in Exerc. Sui Pol.
tanquam Plenipotens ad hunc Actum Inscriptus mpp.

Quam ejusmodi Quietationem Sic ut premissum ~~fieri et recognitum~~
Nos firmam ac de jure validam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Ter-
tia post Festum Purificatio-
nis Beatissimae Virginis
Mariae proxima, Die scilicet
Quarta Mensis Februarii
Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Septuage-
simo Secundo. Regni vero
Nri Octavo Anno.

Ad Relationem Illmi Excellmi et
Rndmi Dni Dni Andreae Stani-
slai Kostka Mlodzieiowski
Epi Posnaniens et Varsaviens
Abbatis Commendatarii Hebdo-
viensis Supremi Regni Cancellarii
Constituit Specialem Plenipotentem Magnus
Joannes Borch Procancellarius Regni.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque
praesentibus Metricis Regni Cancellariae Nostro-
rio comparens personaliter Magnificus Joannes Borch
Procancellarius Regni, Lucinensis, Daugielisce-
nsis, Pluchoviensis Capitaneus, Sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Distri-
ctibus, et Jurisdictione sua quavis propria et com-
petenti, huic autem Nrae Regiae, quae ad infra
scriptum recognoscenda se subjiciendo et incorpo-
rando, patam, exponte et per expressum recognovit.
praesentibusque recognoscit. Quia Ipse in Suum verum,
legitimum, indubitatum, ac Specialem Plenipoten-
tem Procum Josephum Zaykowski Rot Magistrum
Districtus Rzmianensis elegit, constituit, inscripsit
et ordinavit, praesentibusque elegit, constituit, inscri-
bit.

180 bit et ordinat. Dans et tribuens eidem Groso Plenipotenti suo
plenam facultatem et potestatem, tam Summam Novem
Millium Octingentorum Octuaginta Sex Florenorum, Gros-
sorum Viginti Sex et Solidorum duorum Polonicalium
Sibi Constituenti Decreto Commissionis Reipublicæ The-
sauri M. D. Litt. inter se Recognoscentem qua præsen-
taneum Privilegiatum Capitaneum Daugielisciensem.
et Magnum Joannem Nicolaum Chodkiewicz Capitane-
um Ducatus Samogitiæ, uti olim Grosse Rosalie Czapska
Thesaurariæ Terrarum Prussiæ, dictique Capitaneatus
Daugielisciensis immediatæ Privilegiatæ Possessoris
legitimum Successorem ea Controversiis Partium sub
die Nona Mensis Decembris Anno immediate elapso
Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo Pro-
ducta lato, adjudicatam, in Termino præmemorato
Decreto præfixo eadvendam Levandi, de eadem suo
Nomine officiose quietandi, aut quatenus non fue-
rit eadvoluta protestandi; quam etiam Documenta
quævis eundem Capitaneatum Daugielisciensem
concernentia, utpote Inrafundi Limitum Transactio
nes, Inventaria, Quietationes de persoluta Thesauro
M. D. Litt. ea dicto Capitaneatui ab antecedaneis Ca-
pitaneis Quarta proventuum, ejusq; Simplis, pari-
ter Supra mentionato Decreto in eodem Solutionis
altè memorate Summæ Termino Sibi Recognosce-
ti restitui demandata, ab eo, per quem Compor-
tata fuerint juxta Summarium Conferibendum
recipiendi, de iisdemq; restitutis Similiter quie-
tandi; aliaq; in præmissa negotii necessaria
et opportuna peragendi. Promittens se in totum,
quidquid per Supra expressum Plenipotentem fa-
ctum et gestum fuerit pro firmo et rata Suscepturum
et habiturum. Hac Sibi personali recognitio-
ne ad premissa mediante. Pro majori vero firmita-
te manu propria se Subscripsit.

Joannes à Borch Pro-Cancellarius Legni

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmitt,
tum fact et recognit. Nos firmam ac de jure va-
lidam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria
Quinta pridie Festi San-
cti Valentini Martyris
Die scilicet Die decima

Tertia

Tertia Mensis Februarii Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.
Ad Relationem Supraferi Illrmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Cedit de Capitaneatu Gostinensi cum Jurisdictione Groffus Antonius Lasocki ~~Capitaneatum Gostinensem~~ Groffo Augusto Dambski Palatino de Brest Cujavid.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c Quod coram Nobis, Actisq; Jure Metricis Regni Cancellariae Nrae Majoris comparens perelr Groffus Antonius Lasocki ~~Capitaneatum Gostinensem~~ Sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti, huic autem Nrae Regiae quo ad infra tantum recognoscendo se subjiciendo et incorporando Palam, sponte, ac per expressum recognovit, praesentibusq; recognoscit. Quia Ipse inhaerendo Literis Consensus Nri Regii, de data illarum hic Varsaviae Die Decima Mensis et Anni praesentium ex Cancellaria Majori Regni emanatis, ad praesens in suo originali illeso exhibitis, et ad hunc actum porrectis tenoris sequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenskiae, Severiae, Czerniechoviaq. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum Interest universis et singulis. Consensisse Nos et permisisse, Consentireq et permittere Groffo Antonio Lasocki, ut possit et valeat de omni et integro jure Suo Advitalitio, quod Ipsi super Capitaneatum Gostinensem cum Jurisdictione in Palatinatu Rauensi et Terra Gostinensi sitd, servit et competit, cedere, illudq; in Personam Groffi Augusti Dambski Palatini de Brestem Cujaviae transferre et transfundere. Quae quidem Cessio, Juriaq; Transfusio postea quam coram Actis quibusvis authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri Sumus, uti Tam quae praevio hoc Consensu Nro peragetur. Vigore cujus Cessionis, Juriaq; Transfusionis, praesentisq; Consensus Nri facti Dictus Capitaneatum Gostinen-

cum

182. cum Jurisdictione, cumq' omnibus Villis, curiis prædiis, ædificiis, agris, pratis, campis, Sylvis, hortis, piscinis, fluviis, fluminibus, molendinis, tabernis, Subditis, eorumq' laboribus, censibus, dationibus, commodis et emolumentis, cunctis denique attinentiis et pertinentiis ei antiquitus et recenter spectantibus, prætatus Grosus Augustus Dambski tenebit, habebit, possidebit, jurisdictionemq' administrabit ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Seremis Successoribus Nris, non esse Nos, Seremosq' Successores Nros ab usu et pacifica possessione Dicti Capitaneatus Gostiniensis cum Jurisdictione memoratum Grosum Augustum Dambski amaturos, neq' amovendi potestatem cuiquam daturos, sed salvum et integrum jus Adnitalitiale Eidem conservaturos, quod et Seremi Successores Nri præstabunt. Ratione cujus Adnitalitatis solitam proventuum Quartam partem quotannis Statq tempore ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq Romanocatholicæ salvis. In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscriptas, Sigillor Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die X. Mensis Februarii Anno Dni M. DCC LXXII. Regni vero Nostri VIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex.
Locus ✠ Sigilli Cancellariæ Majoris Regni. Consensus ad tenendum de Capitaneatu Gostinen cum Jurisdictione in Palatinatu Raven et Terra Gostinen sitt Grosō Antonio Lasocki in Personam Grosi Augusti Dambski Palatini de Brzeźe Ejusdē datur. Antonius Sikorski S. R. M. et Sigilli Majoris Regni Secretarius mp. A tergo hæc Literæ tenoq verborum sequens = Cancellariatu Illmi Excellmi et Rndmi Dni Andreæ Stanislai Kostka Załuski Epiſcopi Vosnanien et Varsavien Abbatis Commendatarii Hebdovien Supremi Cancellarii Regni Sigillatum. Jam ex nunc et de facto de anni et integro Jure jus Adnitalitium, quod, quale, et quantum sibi Resignrescenti ad Capitaneatum Gostinensem cum Jurisdictione in Palatinatu Raven et Terra Gostinen ultimo vigore juris sui serviebat et competebat, servatq et competit, Grosō Augusto Dambski Palatini de

Brzeźe

Brestensi Cujavie cessit, abscessit, et condescendit, prout presentis Cessionarius Inscriptionis virtute tam de prefata Advitalitati, Privilegio, haltenus sibi serviendi, ac fure quam de supra enuntiato Capitaneatu Gostinensi, Jurisdictione regii illius, Villis, Curiis, pratiis, Adificiis, agris, pratis, campis, sylvis, hortis, piscinis, Juriis, Fluminibus, molendinis, tabernis, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibus, commodis et emolumentis, cunctisq; attinentiis expertinentiis, nihil prorsus de cognoscendi aut quopiam alio reservando, cedit, abscedit, et condescendit ad tenendum, habendum explene possidendum; Hocq; Jus Suum Advitalitium possessionem et usumfructum in personam Ejusdem Josephi Augusti Dambeski Palatini de Brzesc Cujavie, transfert, transfundit, derivat et incorporat, Intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione in supra expressum Capitaneatum Gostinensem cum Jurisdictione quovis tempore officiose et prout juris capiendam "seu Cessionario suo" amodovat et admittit, eandemq; nec per se, aut per Subordinatos personas impeditutam, denegaturum, aut interturbaturd se Submittit, inscribit et obligat. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante, alias in forma Inscriptionis Cessionarie de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Antonius in Brzezny Lasocki

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam Acceptat. premissumq; et recognitum, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes &c. Actum ut Supra.

Sub eodem Actu.

Quietat Generosus Lasocki de pretio ex Cessione Capitaneatus Gostinensis prove Josum Augustum Dambski Palatinidam Brestz Cujavid.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actis q; presentibus Metrices Regii Cancellarid Orde Minoris Comparens personaliter Josus Antonius Lasocki Cancellariorum Secretariorum Fanum mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nre Regie quo ad infra tantum recognoscendo se subjiciendo et incorporando, fatam, Sponte

ac

ac per expressum recognovit et praesentibus recognoscit. Quia Ipse Generosum Augustum Dambski modernum Capitaneum Gostinensem Palatinidam Brestensem Cujaviae, de Summa Quinque Millium Aureorum Hungaricalium pro Cessione Capitaneatus Gostinensis hodierna sub Actis coram Actis praesentibus per Se Recognoscentem recognita, certisq; punctis Contractus constituta, ob realem ejusdem Summae in Actu diei hodierno ad manus Sui Recognoscentis exsolutionem, plenariamq; satisfactionem quietat, absolvit et liberum mittit perpetuo et in terrum. Haec sua personalis Recognitione de praemissa mediante. Alias informa Quietationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria subscripsit.

Antonius de Breziny Lasocki

Quam ejusmodi Quietationem sic ut praemissum Actu et recognitu, Nos firmam ac de jure validam haberi volentes &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata certorum punctorum inter Gen. Antonium Lasocki tunc Capitaneum Gostinensem et Augustum Dambski Palatinidam Brestensem Cujaviae ex re Cessionis Capitaneatus Gostinensis accordatorum.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Nostrae Regni Cancellariae Nrae Minoris Gregus Augustus Dambski Capitaneus modernus Gostinensis, Palatinides Brestensis Cujaviae, sanus mente et corpore existens, obtulit ad inserendum iisdem Actis certa puncta inter Gen. Antonium Lasocki, tunc adhuc Capitaneum Gostinensem ab una et se Offerentem parte ab altera occasione Cessionis in personam Sui Offerentis Capitaneatus Gostinensis sub die Sexta Mensis et Anni Currentis inita, ac inter se invicem hic Versa-

vide accordata, polonico Idiomate conscripta, ma-

nibus

ibus utrinque Partis propriis subscripta, et Sigillis gentilitiis
Scarum Familiarum communita, tenoris sequentis = Pun-
kta między JW. Jmcpanem Lasockim Starostą Gostynskim,
y JW. Jmcpanem Dambskim Woiewodzicem Brzeskim Ku-
jawskim o sprzedanie Starostwa Gostynskiego z 6tz Fe-
bruarii Anno 1772. umowione. 1mo Summa pro pretio
tegoż Starostwa iest umowiona Pięć Tysięcy Czerwo-
nych Złotych. 2do. Sposob wypłacenia tey Summy iest
talowy. Iż JW. Jmcpan August Dambski Woiewodzic
Brzeski Kuiawski Summę wzmiankowaną Pięć tysię-
cy ℔ na przyszły Swięty Jan oddać deklaruie. Jeżeli
by zaś na ten Termin przerzeczony nie wypłacił.
Dobra Kotowice Jure Obligatorio puścić obiecuie, Wa-
runkuiąc sobie dopłacenie według Intraty tych Dóbr
additamentu, co nad prowizyą teyże Summy pokaże
się to iest po 6sm od Sta. 3tio Forum in Casu Contra-
ventionis Kommissyi Skarbowey Koronney do od-
powiedzenia Lapsae maią Strony. 4to Konsens
Starostwa Gostynskiego ad cedendum JW. Lasocki
Starosta Gostynski bierze na siebie, wraz pozwole-
nie od Nayiaśnieyszego Króla Jmci prokurował
do palenia Potazów y sprzedawania drzewa, y
cesyą użycia Starostwa obiecuie. 5to. Zaspoko-
ienie Podatków publicznych aż do przyszłego
Swiętego Jana bierze na siebie JW. Lasocki Sta-
rosta Gostynski Że ich powinien wypłacić, y wol-
ne od tych długow oddać Starostwo, iako y od
wszelkich Kontrybucyi. 6to Prowenta z tego
Starostwa, y długi zaległe JW. Lasocki Starosta
Gostynski powinien do Terminu Swiętego Jana
pobybierać tak, ażeby żadney de futurum nie
miał do Obywatelow tegoż Starostwa pretensyi.
Tym JW. Jmć. Lasocki Starosta Gostynski Za nie-
dział dwie naydaley Starostwo Gostynskie w wol-
ności spokoyną possessyą JW. Dambskiemu Woie-
wodzicowi Brzeskiemu Kuiawskiemu oblignie
się. Przy odstąpieniu którego JW. Jmcpan Dambski
Woiewodzic Brzeski Kuiawski Jemuż JW. Jmcpa-
nu Lasockiemu Starościc Gostynskiemu Czerwo-
nych Złotych sto pięćdziesiąt ℔ 150. Dzierża-
wcę teraźnieyszego tenże JW. Lasocki Starosta
Gostynski we wszystkich zspokoić deklaruie pre-

tensyach.

tenoryach, oraz Rumanyą Onego na czas naznaczony
przyobiecuie. Gwo Sprzęty na Gruncie potrzebne
Za Indygenatem Przyiacielskim JW. Jmścin Dambski
Woiewodzic Przeski Kuiawski otrzymaią y Zapłacić
deklaruie. Ktore to Punkta iako obydwie Strony
dotrzymaią Sobie powinny, tak w niedotrzyma-
niu Vadium Sibi Sub Summa pretii Starostwa
y Forum Grodu Warszawskiego deklaruią y na
Znaczaią. Na co dla przyięcia wiernie Kontrakt podpisuią y
wnych Pieczęci rękami własnemi podpisuią.
Datt w Warszawie Die ut Supra. Augustus Dgmb-
ski Wdzic B. K. Locus ✠ Sigilli gentilitii in ce-
ra rubra hispanica expressi. Antoni Lasocki
Starost Postawsky. Locus ✠ Sigilli gentilitii in cera ru-
bra hispanica expressi. Quae ejusmodi Munera si
ut praemissum Oblata, Nos ad Acta hac Lustrati
isdem inseri, et ex illis fideliter reseripti. Parti
requirenti Authentica extracta, Originale illor
Gwo Offerenti restitui jussimus. Deque restituto
Cancellaria Nostra quietavit, quietatq; praesen-
tibus, ac profirmari, manuq; propria Subscribi fecit.

Augustus Dąmbski
Mpr

In quorum fidem &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviae Feria Sexta
ipso Festo Sancti Valentini
Martyris, die scilicet Decima
quarta Mensis Februarii An-
no Domini Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo Secun-
do. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraseri. Illmi ac
Excellmi Dni Dni Pro Cancellarii Mni.

Abrenuntiat. Bonis Paternis et Maternis Reli-
giosa Virgo Theresia Angela Kobylnicka
Novitia Regula Sancti Francisci de Sales. sub
Titulo Beatissima Virginis Mariae Visitationis
Monasterii Varsaviens.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quod cum
ad

ad humillimam Supplicationem. Religiosa ac Deodicata Virginis Theresia Angelica Kobylnicka Monialis Novitia Regulæ et Instituti Sancti Francisci de Sales subtitulo Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ Monasterii Varsaviensis acta publica propter observantiam sui Regulæ adire non valentis, ad Nos factam, Grosum Joannem Nepomucenum Nominski Secretarium Nrum, et Actorum Metrices Regni Cancellariæ Nrè Minoris Præfectum deputaßemus, eidemq; ut cum actis iisdem Metricis Regni ad præfatum Monasterium condescendat, Inscriptionemq; Abrenuntiationis de Bonis Paternis et Maternis per dictam Religiosam ac Deodicatam Virginem Theresiam Angelam Kobylnicka Novitiam recognoscendam recipiat; et ad acta inscribat, permißimus. Idem Grosus deputatus Secretarius Noster functus officio sui palam, publiceq; retulit. Qualiter coram eodem Grosso Deputato Secretario Nostro, Actisque præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens perlr ad Crates Vestibuli Suæ Monasterii eadem Religiosa ac Deodicata Virgo Theresia Angela Kobylnicka, Novitia in Supradicto Monasterio Varsaviensi Regulæ et Instituti Sancti Francisci de Sales sub titulo Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ degens, Grosso Antonii Kobylnicki Vexillyferi Terræ Visegrodiensis et Constantiæ de Komorowskie Legitimorum Conjugum Filia in præsentia Religiosarum ac Deodicatarum Virginum Ludovicæ Helenæ Zborowska Superioris Loci seu Matris, tum infrascriptarum Consiliariarum atq; Venerabilis Patri Hyacinthi Siwicki Visitatoris Congregationis Missionis, dictiq; Monasterii Patris Spiritualis ægem, sana mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, benevole ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipsa Bonis Paternis et Maternis generaliter omnibus et singulis hereditariis obligatoriis, mobilibus et immobilibus, Summisq; quibusvis pecuniariis ubique locorum sitis et existentibus, totaliq; et integre Successioni post Grosos Parentes Suos se Recognoscentem jure Naturali concernenti, in se Recognoscentem devolutis et devolvendis.

1188. vendis, jam eanunc et defacto ab praefatum sibi Recognoscenti Satisfactionem, effectuarq' constitute. sibi Dotis in Summa Decem Millium Florenorum Polonicalium, tum Duorum Millium itidem Florenorum Polonicalium pro expeditione Sua muliebri assignatorum exolutionem /: de quibus utriusq' Summis praesentibus quietat:/ Liberé, sponte ac benevole abscessit et abrenuntiavit, prout quidem praesentis Inscriptionis virtute abscedit, et abrenuntiat. Nihil amplius Juris, tituli, hereditatis et propinquitatis sibi Recognoscenti ad eadem Bona Paterna et Materna reservando et praecustodiendo, verum perpetuum Silentium intuitu renuntiatae jam praesentibus Successionis sibi imponendo. Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias informa Abrenuntiationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Krucela
Siostra Teresa Kobylnicka Nowicya Zakonnic Nawiet N. Panny
Siostra Ludowika Helena Zborowska Przełożona
Siostra Maryja Agnieszka Sliwicka Assystentka
Siostra Katarzyna Helena Krulewska
Siostra Maryá Elzbieta Caré
Siostra Anna Teresa Zuzyanka Konsyliarki
Petrus Hyacinthus Sliwicki Visit. Cong. missionis uti Pater Spiritualis
et hujus actui assistens.

Quam ejusmodi Abrenuntiationem sic ut praemissum fault et recognitt, Nos firmam, ac de jure validum haberi volentes &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quarta post Dominicam Septuagesimam proximâ Die scilicet Decima nona Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo Regni vero Nri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraferi Illmi ac Excellmi Dni Dni Cancellarii Nri

Edit de Tenuta Dembe cum attinentiis in Palatinatu Masovia Terra Cernensi sitt Magnus

Antonius

Antonius Przezdziecki Prosancellarius M.D. Litt. Jo? Dom?
nico Przezdziecki Filio Suo.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq' presentibus Metrices Regij Cancellarie Nre Minoris comparens pers[o]n[a]l[ite] Magnus Antonius Przezdziecki Prosancellarius M.D.Litt. Sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nre Regie quia ad infra tantum recognoscenda se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, benevole, ac per expressum recognovit, presentibusq' recognoscit. Quia Ipse inhaerendo Literis Consensus Nri Regij de data illar hic Varsavie Die Decima Septima Mensis et Anni Currentis ea Cancellaria Minori Regni emanatis, ad presentes in Suo Originali illasse exhibitis tenoris sequentis: Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russia, Prussiae, Masovia, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenciae, Severiae, Czerniechoviaq. Significamus presentibus Literis Nris quorum interesse universis et singulis. Consensisse Nos et permisisse, consentireq. et permittere hisce Literis Nris Magnifico Antonio Przezdziecki Prosancellario M.D. Litt. ut possit et valeat de omni et integro Jure Suo Advitalitio, quod ipsi super Tenutam Dembe cum attinentiis in Palatinatu Masovia Terra Czerneńsi Sitam servit et competit, cedere, illudq in personam Josephi Dominici Przezdziecki Filii sui plenarie transferre et transfundere. Quae quidem Cessio, Juriaq' transfusio, postquam Coram Actis quibusvis Authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti illam, qua previo hocce Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis Juriaq' transactionis in virtute presentis Consensus Nri facte, memoratam Tenutam Dembe cum Villis Dembe Kobierne, Lysie, Wulka, Pozdziowka, Zalesie, Kozniki, nec non cum omnibus aedificiis, curiis, praediis, agris, pratis, campis, sylvis, nemoribus, rubetis, fluviis, fluminibus, stagnis, piscinis, lacubus, tabernis, subditis, eorumq' laboribus, censibus,

fructibus

fructibus, proventibus, dationibus, commodis et emolumentis, cunctisq' attinentiis et pertinentiis eò antiquitus et recenter spectantibus, nullis penitus exceptis nec excipiendis, sed ita longe, late et circumferentialiter, prout in suis limitibus ab antiquo delimitata existit, ab immediato Possessore tenebatur, pretatus Generosus Dominicus Przezdziecki tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ Suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis, et Seremis Successoribus Nris, non esse Nos, Serenissimosq' Successores Nros ab usu et pacifica possessione predictæ Tenutæ Dembe cum attinentiis eundem Grosum Dominicum Przezdziecki amaturos, neq' amovendi, aut alienandi potestatem habituros, sed Salvum et integrum Jus Advocaticium ipsi conservaturos. Quod et Seremi Successores Nri præstabunt. Ratione cujus Advocalitatis solitam proventuum quartam partem juxta prescriptum Legum ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæ Romano-Catholicæ salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVII. Martii Februarii Anno Domini MDCCLXXII. Regni vero Nostri VIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Locus ✠ Sigilli. Minister Regni. Consentes cedendi de Tenuta Dembe cum attinentiis in Palatinatu Masoviæ Terra vero Zarnensi sita, Magco Antonio Przezdziecki Pro-cancellario M. D. Litt. in personam Grosi Dominici Przezdziecki Filii Sui datur. Joannes Karnicki Præfectus Areæ Ducatus Livoniæ S. R. M. et Minister Sigilli Regni Secretarius mp. A tergo dictar Literæ tenor verborum sic se habet. Pro-cancellariatus Illmi ac Excellmi Dni Dni Joannis in Warkiany Principis Comitis a Borch Pro-cancellarii Regni Ludiney, Daugielischey, Plusckowitzky etc. Capitanei Sigillatum. Lat in Actis, Jam vero etc. Capitanei Sigillatum. Lat in Actis, Jam ea rune et defuncto de omni et integro jure suo Advocalitio quod quale, et quantum Sibi Recognoscenti ad Tenutam Dembe cum attinentiis in Palatinatu Masoviæ Terra Zarnensi Situm vigore juris Sui Servit et competit, Serviebatq' et competebat, Grosio Dominico Przezdziecki Filio suo, cessit et

abscessit,

absessit. prout presentis Resignationis virtute eam de praefata Adventalitate, ac jure haitenus sibi servienti, quam de supra enuntiata Tenuta, Villis, Dembee, Kobierzne, Rydzie, Wulka, Godziewka, Zalesie, Kytnicki cumq omnibus suis, praediis, aedificiis, agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus, rubetis, Hortis, Hominibus, Stagnis, piscinis, Lacubus, tabernis, molendinis, Subditis, eorumq laboribus, censibus, Dationibus, fructibus, proventibus, Commodis et emolumentis, attinentiis et pertinentiis, nihil prorsus Recognoscendo, sed quemadmodum eandem Tenutam solus tenuit et possedit, tenereq et possidere debuit, cedit, et abscedit, hocq Jus Suum Adventalitium, possessionem et usumfructum in personam Ejusdem Groß Dominici Przezdziecki Filii sui transfert, transfundit derivat et incorporat plenarie et ex integro. Intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione in supra expressam Tenutam Dembe cum attinentiis quovis tempore absque ullo prout juris capiendam dicto Jo Cessionario suo exnunc dat et admittit, eandemq nec per se, aut submissas personas impedietur, denegabitur, aut pacifica possessione interturbatur se submittit, inscribit et obligat. Hac sua personali Recognitione ad premissa meditante. Actas in forma Cessionis de jure plenissima. Vremajori vero Firmitate manu propria se subscripsit.

Ant. C. Przezdziecki Dr. Cancellarius m.p.

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam Ut ut premissum Facti et recognitt. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Secunda post Dominicam Sexagesimae proxima Die scilicet Vigesima quarta Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supremi & Illrm ac Excellmi Dni Dni Prosperi Cancellarii Regni.

Oblata Privilegii Conservationis Civitatis Fredlandensis circa possessionem Quatuor Mansorum Successoribus Nitzianis hereditarie acquisitor.

Stanislaus Augustus &c. Significamus &c. Quod veniens

pers

personaliter ad Acta praesentia Metricos Regni Cancellaria Nra Minoris Spectabilis Paulus Aemilius Hencke Consul et Notarius Civitatis Nra Fredlandensis, obtulit ad inserendum eidem Literas originales Papyreas, Privilegium Conservationis dictae Civitatis Fredlandensis circa possessionem Quatuor Mansor a Successoribus Nitzianis hereditarie acquisitor in se continentes, Manu Nra Regia subscriptas, et Sigillo Majori Regni Communitas, Sanas, Salvas et illaesas tenoris sequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolenskiae, Severiae, Czerniechoviaeq. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et Singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros Lateri Nostro assidentes nomine Spectabilis Magistratus et Ordinum Civitatis Nostrae Fredlandensis in Terris Prussiae Palatinatu Pomeraniae, Districtuq Elbingensi sitae. Qualiter ipsa de Anno 1354to per Magistrum Ordinis Theutonici Winricum a Kniprode super Centum quinquaginta Mansis locata /: de quorum numero Octo pro Advocato seu Scultheto locali, Sex pro Ecclesia, et quatuor Mansos cuidam Ludovico Anklam jure perpetuo hereditario idem Locator applicavit :/ cum Successores utriusq Sexus praenominati Anklam defecissent, Anno 1504. Nobilis Sigismundus Chwalkowski loco impetrandi Juris Caduci super dictos Quatuor Mansos post extinctam familiam Anklamii ad Jus Fisci devolutos, Privilegium Juris Feudalis pro se, Successoribusq Suis impetraverat, et subinde Privilegium aliis Quatuor Mansos patrimonialis Civitatis subduxerat. Quum autem haec Civitas variis calamitatibus divexata, et saepius igne hostili exusta Jura Sua omnia amisit; et interea Suprarecensiti Octo Mansi ad Spectabilem olim Matthiam Nitz Praesidentem Fredlandensem, atq illius Legitimos Successores, per Confirmationem Juris ipsorum a Seresmo Joanne Casimiro, et Joanne Tertio impetratam pro ultimo devenerant, Civitasq de Suis Juribus melius informata contra illa Privilegia Chwalkowscianum, et Successive Nitziana, ac de nullitate eorum quo ad quatuor

Mansos

Mansos suos patrimoniales, reclamaret, deventum inter eam-
dem, et sæpius memoratos Nitzii Successores ad Transactio-
nes, quibus mediantibus Quatuor Mansi illi Patrimonia-
les juribus Civitatis restituti, alii verò Quatuor in origina-
li Privilegio Magistri de Knipprode expuncti, prælatisq;
Successoribus jure hereditario pertinentes, dicta Civita-
ti pro certa Summa donati, resignati, et in actualem pos-
sessionem 1695te Anno dimissi. Ac insimul nomine supra
fatæ Civitatis Nrâ Supplicatum, ut Nos ejusmodi Transa-
ctiones approbare, confirmare, defectus quoq; illarum
omnes si qui irrepserant, supplere, ac memoratam Civi-
tatem circa possessionem dictorum quatuor Manso-
rum a Successoribus Nitzianis hereditariè acquisitorum
in perpetuum conservare dignaremur. Cui Supplicatio-
ni tanquam juste deferentes, hisce Specialibus Literis
Nâstris præcensitas Transactiones non tantum in
omnibus earum punctis, clausulis ac ligamentis uni-
versis approbamus, confirmamus, ratificamus, defe-
ctus quosvis ipsarum de plenitudine potestatis Nrâ
Regia supplemus, verum etiam ipsis robur perpetuæ
firmitatis superimponimus, et sæpius dictam Civi-
tatem circa Jura ad Supranominatos Quatuor Man-
sos ex donatione illa originali Anklamo facta pro-
manantes habita, ac possessionem ipsorum conser-
vamus et manutenemus in perpetuum. In quorum
fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die
XXII. Mensis Februarii Anno Domini MDCCLXXII.
Regni vero Nostri VIII. Anno. Stanislaus Augustus
Rex. Loco † Sigilli Majoris Regni appressi. Conser-
vatio Civitatis Fridlandensis circa possessionem
Quatuor Mansorum a Successoribus Nitzianis
hereditariè acquisitorum. Antonius Sikorski S.R.
Mtis. et Sigilli Majoris Regni Secretarius mpp.
A tergo hæc Literæ sic est verborum tenor:
Cancellariatu Illmi & Excellmi et Rndmi Domini
Andreæ Stanislai Kostka Młodzieiowski Episco-
pi Posnaniens et Varsaviens Abbatis Commendatarii
Hebdovien Supremi Cancellarii Regni Sigillatum.
Quas Ejusmodi Literas sic ut præmissum Illatas
Nos ad Acta hac Metrices Suscipi, inseribi, et
ex illis fideliter reseriptas Parti requirenti au-
thentice extradi, Originale illarum Offerenti resti-

tui

fui jussimus. De quo restitutio Idem Offerens Cancelleriam Nram quietavit, quietatq; praesentibus, ac profirmiri manu propria se Subscripsit.

Pe. Hereke Consul Rokiniz Fredro.

In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Działo się w Warszawie we Wtorek po Święcie Swiętego Macieia Apostoła zaybliszey to iest Dnia Dwudziestego Osmego Miesiąca Lutego Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Siedmdziesiątego Drugiego. Panowania Naszego Osmego. Roku.

Za sprawą y Przełożeniem Jaśnie Wielmożnego Jmci Xiędza Andrzeia Stanisława Kostki Młodzieiowskiego Biskupa Poznańskiego y Warszawskiego, Opata Kommendatoryalnego Hebdowskiego Kanclerza Wielkiego Koronnego.

Oblata Listu od Urodzonego Jntowta Dzierzbickiego do Wielmożnego Podkanclerzego Koronnego składaiąc Przywiley Juris Cadici na pewne Grunta w Radomiu będące otrzymany pisanego.

Stanisław August Pe.

Oznaymuiemy. Że podany iest do Aktow niniejszych Kancellaryi Naszey Mniejszey Koronney List Oryginalny od Urodzonego Jntowta Dzierzbickiego do Wielmożnego Jana Borcha Podkanclerzego Koronnego przy składaniu Przywileiu Naszego Juris Cadici na pewne Grunta w Radomiu będące otrzymanego pisany, y od Oneyże Samey ręki, tylko /: gdyż inna był extendowany ręką :/ podpisany. Miejsce gdzie był pisan, nie wyrażaiący, nie poddatzany, y w niczym nieskażony przemienia naszego pisanego = Jdenic Wielmożny Mci Dobrodzieiu.

dzieiu. = Taski J.K.Mosci w Roku przeszłym odebrałem Przywiley Juris Caduci na pewne Dobra y Grunta Mieyskie w Radomiu post extinctam Familiam w Przywileiu wyrażonych Dziedzicow pod Szafunek J.K.Mci podpadłe. Ale przeyrzawszy się circa executionem pomienionego Przywileiu in Juribus Professorum tychże Gruntow, że iedne sami z Dziedzicow za swego Życia na Fundusz XX. Pijarom od wieku blisko sprzedali, drugie w Summach przez siebie winnych za Dekretami Sądu Mieyskiego powięzili, tak dalece, że dochodząc tego wszystkiego przez Proces, y nie obeszłoby się bez Krzywdy Professorow, y więcebym miał na odzyskanie ich expensy, aniżeli one same w swoiey istocie warte. Przeto tenże Przywiley iako z Kancellaryi Jasnie Wielmoznego JMCPana Dobrodzieia na Ubogie moie wyszły, w teyże Saney Kancellaryi składam, y od niego odstępuię. Attoli tym Listownym wyrzekaniu, wyznaię Sem iest Należytym uszanowaniem Jasnie Wielmoznego JMCPana Dobrodzieia mey. niższy Sługa Jo. Gintowt Dzie altoski 8 tt. Januarii 1772. = Ktory to List tak, iak się po wyżey rzeklo, podany. Mey do tychże Aktow przyięty, że one wpisuię, dwiernie z nich wypisany Stronie potrzebuiącey autentycznie wydaię, Oryginał podaiącemu Urzad pobrawszie, z ktorego pwroconego Kancellarya Nasza praesentibus quietatur: y roskazuie. Na co dla lepszey Wiary Pieczęć Koronne iest przyciśniona. Dzieie się w Warszawie iako wyżey

Actum Varsaviae Feria
Quinta in crastino Festi
Sancti Casimiri Confessoris die scilicet Quinta
Mensis Martii Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo
Secundo. Regni vero Nostri
Octavo Anno.

Ad Relationem Suprascripti Illmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Inscribunt Sibi mutuam Advitalitatem Bonorum Groski Waligorscy Dapiferi Czerniechovienses
Conjuges.

Conjuges.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq praesentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris Comparentes personaliter Groß Constantinus Waligorski Dapifer Czerniechoviensis, et Catharina de Sydskie Conjuges Legitimi Sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscendo se suis cum Successoribus Subjiciendo et incorporando, palam, sponte, libere ac per expressum recognoverunt, praesentibusq; gratibet illorum Suo pro interesse recognoscit. Quid ipsi sibi mutuo et ab invicem omnium generaliter Bonorum Suorum mobilium et immobilium, hereditariorum et obligatoriorum, Terrestrium et civilium, Summarumq; quarumvis pecuniariarum nunc habitorum et habitarum, quam in post favente Divina gratia habendorum et habendarum, tum Auri, argenti, cleinodiorum, vestium, vestimentorum, equorum, pecorum pecudum, nec non æris, Stanni, orichalci, ac totius Suppellectilis domestica, mutuam Advitalitatem, et continuum usum fructum Advitalitium ad extrema duntaxat vitæ Suæ tempora inscribunt, concedunt, et assecurant, tali videlicet modo: Quodsi et in quantum prius et proximius memoratus Groß Constantinus Waligórski Dapifer Czerniechoviæ Maritus quam Consortem Suam mori contigerit, extunc dicta Consors Superstes Bona omnia mobilia et immobilia hereditaria et obligatoria, Terrestria et civilia Summasq; quasvis pecuniarias nec non Aurum, argentum, cleinodia vestes, Vestimenta, equos, pecora, pecudes, Stannum, æs seu cuprum, orichalcum, totamq; domesticam Suppellectilem nunc habita et habitas, ac in post habenda et habendas, morte prædicti Mariti derelicta ederelictas, ipsius proprias et propriis cum omni eorundem Bonorum jure, dominio, proprietate, propinquitate, utilitatibus, usibus fructibus, proventibus, reditibus, attinentiis et pertinentiis, commodis et emolumentis generaliter omnibus nunc provenientibus et proventuris, tenebit, habebit et possidebit, iisq fruetur ad extrema duntaxat vitæ Suæ tempora. Post fata vero ejusdem, eadem Bona et Summæ ad Successores dicti Groß Mariti sine ullo

impedimento

impedimento Successorum Consortis plene et totaliter devolven-
dur. Pari quoq; ratione, Et in quantum prius et predimies
memoratam Grofam Catharinam de Rybskie Waligorske Dapi-
feram Czernichovie Consortem, quam Gnus Maritum mori
contigerit, eatunc dictus Gnosus Maritus Superstes Bona
omnia mobilia et immobilia, hereditaria et obligatoria.
Terrestria et fluvialia, summasq; quasvis pecuniarias, nec non
aurum, argentum, clenodia, vestes, vestimenta, equos, pecora,
pecudes, Stannum, Cupreum, Orichalcum, totamq; domesticam
Suppellectilem, nunc habita et habitas, ac in post habenda
et habendas, morte predicte Consortis derelicta et derelictas,
ipsius progenia et proprias, cum omni eorundem Bonorum
jure, dominio, proprietate, propinquitate, utilitatibus,
usibus fructibus, proventibus, reditibus, attinentiis, per-
tinentiis, commodis et emolumentis generaliter omnibus
nunc provenientibus et proventuris, tenebit, habebit et
possidebit, iisq; fruetur ad extrema dunt axat vite Sue
tempora. Post fata vero ejusdem eadem Bona et summe
ad Successores dicta Grosa Consortis sine ullo Succeso-
rum Gnosi Mariti impedimento plene et totaliter de-
voluentur. His eorum personalibus Recognitionibus
ad premissa mediantibus. Alias in forma mutue
Adivitalitatis bonorum de jure plenissima et validissi-
me. Pro majori vera firmitate manibus propriis se
subscripserunt.

Constantinus Waligorski Dapifer Czernichoviensis
Katarzyna Waligorska Stg Czerniz mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem mutue Adivitalitatis
Bonorum sic ut premissum facto et recognito &c. Actum
ut supra.

Actum Varsavie Feria Ter-
tia post Dominicam Invo-
cavit Quadragesimalem pro
die scilicet Decima Mensis
Martii Anno Dni Millesi-
mo Septingentesimo Septua-
gesimo Secundo. Regni vero
Nri Octavo Anno
Ad Relationem Supragen. Illtrm
ac Excellm Dni Dni Procancellarii
Regni. & &

Collata Extractus Authentici Roborationis Con-
tractus Relignatorii Bonor. Kopaczowka, Sieniawa

et

et aliorū inter Gnosum, Petrum Potocki Capitaneum Sniatinen̄ ab una, et Gsum Baronem de Gartenberg Sadogurskiō Intimum S.R.M. Consiliarium parte ab altera initum, ex Actis Castren̄ Leopolien̄ deprompti.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Oblatas esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellariæ Nrē. Minoris Literas Extractūs Authentici ex Actis Castren̄ Leopolien̄ desumpti, continentes in se Laborationem Contractūs Resignatorii Bonorum infrascriptorum, inter Gēos Petrum Potocki Capitaneum Sniatinen̄ et Nicolaum Baronem de Gartenberg Sadogurski Intimum Rōm Consiliarium initi, Manu Gnosi Susceptantis Subscripti, et Sigillo Capitaneali Munitas, Sanas et illæsas tenoris Sequentis = Actum in Castro Inferiori Leopoliensi Feria Secunda ipso die Festi Sanctorum Fabiani et Sebastiani Martyrum videlicet die Vigesimā Mensis Januarii Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Coram Officio Actisq; præsentibus Castrensibus Capitaneatibus Leopolgensibus comparentes personaliter Illōs Magnus Petrus a Potok Potocki Capitaneus Sniatinen̄ ab una, et Magnus Nicolaus Baron de Gartenberg Sadogurski, Consiliarius Intimus S.R.M. parte ab altera, Sani mentibus et corporibus existentes, Foro suo quovis competenti omisso, et Jurisdictione propria posthabita, præsenti autem Castrensi Capitaneali Leopoliensi in se, Posteros, ac Bona, sua generaliter omnia &c. quo ad Actum hunc attinet &c. Generalē assumpta, palam, publice, libere recognoverunt, et quilibet Illōrum suo pro interesse recognovit. Quia Ipsi Contractum Certum Resignatorium de Acto et data ejus hic Leopoli Die Decima Octava Januarii Anno præsenti Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo, respectu Bonorum, Villarum Kopaczowka, Sieniawa, Fedorka, Kapuściince, Zarudeczko, Volany, Oppidi Sieczary, tum Villarum Kapuściniec alterius, Medyn, Jankowce, Wereszczaki, Kuszkowce, in Palatinatu Volhyniæ Districtu Cremenecensi, jam verò Villæ Miłaszowce in Palatinatu Podoliæ Districtu Laticoviensi sitorum et jacentium inter modernos Recognoscentes conscriptum, manibus abutring Subscriptum, et Sigillis genuinis communitum, Damnis Terrestribus firmatum, in omnibus

ejusdem

ejusdem Contractus Resignatorii conditionibus, contentis, punctis, clau-
sulis, articulis, nexibus, damnis Terrestribus, Foro, Ligamentis, bene-
rant, approbant, confirmant et ratificant; Illumq' se Suis cum
Successoribus de et super bonis Suis generalitet omnibus mobi-
libus et immobilibus, hereditariis et obligatoriis, Summisq'
complere, exequi, et inviolabiliter observare, eidemq' tam
in toto quam in quavis ejus minima parte Contractûm præfa-
tum Ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam, et Inscri-
ptionem præsentem Roboratoriam ad Contractum præfatum
in toto mutuò vicissimq' referendo, satisfacere inscribunt
et obligant. Idq' Sub Damnis Terrestribus Simpliciter et
absq' corporali juramento taxandis et edicendis per Partem
præmissis Contravenientem Sive Eius Posteros, Parti præ-
missa tenenti et complenti, vel Illius Successoribus ad
Solvendum luendis et Succumbendis, nullaq' modo evaden-
dis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus Simpliciter
et absq' corporali juramento taxandis et edicendis, modo
præmisso ad Solvendum Succubitis et tranzgressis, ac
Manifestatur ex parata Copia Jous Tottien Aulæ Ducalis Curlandiæ Consiliarius nomine Gri de Freyden S. R. Mtis Camerarii, aliorumq ad Bona olim Kokoviensia in Ducatu Livoniæ sita se se interessantium.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens per Nr ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nra Minoris Jonas Christophorus Antonius Tottien Aulæ Ducalis

lis Curlandiæ Consiliarius, sanus mente et corpore exi-
stens, Manifestationem Nomine Gri Christophori
Levini de Frotta nominati Freyden Camerarii No-
stri, aliorumq; ad infra scriptum negotium se se in-
teressantium, a se Comparente qua Mandatarios spe-
rum confectam, manuq; propria subscriptam tenoris
sequentis = Ad Acta præsentia Metricæ Regni
Cancellariæ Minoris veniens personaliter Gus Chri-
stophorus Antonius Tottien Aula Ducalis Curlandiæ
Consiliarius, uti et tanquam Gri Christophori Levini de
Frotta nominati Freyden &c. R. Mtis Camerarii Man-
datarius, nomine ejusdem Principalis Mandantis, aliorumq;
quos infrascriptum tangit negotium, coram isdem
Actis manifestatus est in eo: Quod postquam ad noti-
tiam dicti Sui Principatis, aliorumq; simultaneum
jus cum Ipso habentium pervenerit. Quod Grosus
olim Joannes de Wildemann Secretario Regius, et
Ducis Curlandiæ Consiliarius, ea jure Matris sua a
Grosso olim Jacobo Kock descendentis, obtinuerit Anno
1647. Decretum in Judiciis Relationum &. R. Mtis contra
illegitimos bonorum Kokoviensium in Districtu Kosi-
tensi sitorum possessores, quô Ipsi bona ista Kokovi-
ensia adjudicata fuernnt, illorum verò partis tan-
tum, prædii scilicet Birsegal possessionem nactus
fuerit. Post cujus, tum Fratris Casperi, ut et hujus
filii Henrici Johannis /: qui prædium Birsegal cum
aliis in Curlandia sitis permutaverat :/ mortem, ju-
ra quidem ad ista bona Kokoviensia ad præfati Henri-
ci Joannis de Wildemann filium Casparum de Wildemann,
et duas filias Annam Elisabetham maritatam de
Freyden, et Hildegardem Gottlieb maritatam de
Sacken, illisq; demortuis ad illorum hæredes Suc-
cessores devoluta fuerint, quæ tamen ignoran-
tia et furium et bonorum prosequi non vale-
bant; & contrario autem Grosus olim Nicola-
us Korffius Capitaneus Kokitensis optimam
illorum Notitiam habens, /: siquidem per ipsum
ista bona detinebantur, ac illa contra impeti-
tiones Grosi Capitanei Burzynski defende-
rat :/ obtenta contra eundem Grosum Burzyn-
ski 1748. in Judiciis Assessorialibus Regni ex

jure

jure Wildemannio Decreto, post quatuor Menses Gent.
rorum Generalem Majorem Burchardum Christophorum de Wildemann, et Anna post, tres illius Sorores,
Sophiam Hedvigem maritatam de Korff, Sophiam Lucretiam maritatam de Thisenhausen, et Christinam
Wilhelminam de Wildemann tanquam Liberos Casparis Wildemanni adierit, ab illisq; Cessiones jurium
Suorum ad Bona Kahoviensia in se, et Conjugem
Suam Grossam Constantiam de Wahlen pro Summa
Duo Centum Aureorum obtinuerit, sequeq; per Ministerialem generalem in Stuborn intromitti curaverit, multaq; cum Vicinis infundamento putativi
acquisiti juris Wildemanni peregerit. Porro ille
demortuo, Filii ejus, Grossi Fridericus Korff Capitaneus Rositensis, et Nicolaus Korff Camerarius
Regius ex putativa ista Cessione Anno 1758. consecuti sunt privilegium Regium pro conservatione jurium in istis bonis Kahovianis. Jandem
Grā Viduata Capitanea cum Filio Grosso Nicolao
Korff impetrata commissione Regia graniciali
Dislimitationem finium bonorum istorum cum
vicinis perfecerint, jureq; jam hereditario
illa possidere praesumpserint. Cum vero liberi
Grossae olim Annae Elisabethae de Wildemann
maritatae de Freyden Grā Principalis sui Mandantis Mater, nec non liberi Grossae olim Hildegardis Gottlieb de Wildemann maritatae de
Sacken aequale habuerint jus hereditarium
in bonis Kahovienſibus cum liberis Casparis Wildemanni s. omnes siquidem ad eundem Avum
Henricum Johannem de Wildemann referebantur: Grossus proinde Generalis Major de Wildemann, ejusque tres Sorores imprajudicium
tam praefatorum Coheredum, quam quarte
Grossi Caspari Wildemanni Filiae, Grossae
Scilicet jam demortuae Catharinae Dorotheae

De

de Wildemann maritata Generosi Vicepresi-
dis Collegii Justitiæ Petroburgensis Baronis de
Mengden s: ea qua supersit Filius Grossin Carolus
Ludovicus Baro de Mengden s: hæreditatem
nondum exdivisam in alienos transferre non
potuerunt. Quare Generosus Camerarius de
Freyden, aliique Cohæredes bonorum olim Kolv-
viensium ratione præallegatarum Cessionum
tanquam nullibi factarum, et ratione omnium
quæ in illorum præjudicium jure hoc putative
tam Grossi Conjuges Korffii, quam illorum
Grossi Filii obtinuerunt et peregerunt, jam a
tempore Scientiæ manifestantur, et per se Man-
datarium contra ea omnia quam solemnissime
protestantur. Salvo juribus suorum suo loco et tempo-
re prosequendorum, nec non Manifestationis præsen-
tis pro exigentia negotii augendæ vel innovandæ
reservatâ. Christophorus Antonius Tottien Ducis Cur-
landiæ Consiliarius, uti mandatarius Gen: Camerarii
Regii de Freyden, aliorumq; in Causa suprascripta interessen-
tium, in parata Copia Exhibuit, Eandemq; denuo
ad meliorem fidem hisce in Actis Suis inti-
mu Subscripsit.

Christophorus Antonius Tottien
Ducis Curlandiæ Consiliarius, uti mandatarius
Gen: Camerarii regii de Freÿden, aliorumq; in
causa supra Scripta interessentium.

Quam ejusmodi Manifestationem sicut præ-
mittitur facti, Nos ad Acta hæc Metrices Inscripsi,
inserui, et ea, Actis fideliter descripti Parti requiren-
ti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Ter-
tia in crastino Festi Sancti
Adalberti Episcopi et Marty-
ris Die scilicet Vigesima
Octava Mensis Aprilis An-
no Domini Millesimo Septin-
gentesimo Septuagesimo Se-
cundo.

cundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi ac Excellmi & Dni Dni Procancellarii Regni.

Roborat certum Scriptum in rem Nobilium Zanellich Conjugum datum Grosus Joannes Josephus de Tilly Vicecolonellus in Exercitu Regni.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq' præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Grosus Joannes Josephus binii Nominis de Tilly Vicecolonellus in Exercitu Regni Nostri, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda se Suis cum Successoribus, Bonisque Suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte, ac per expressum recognovit, præsentibusq' recognoscit. Quia Ipse Scriptum certum, seu manualem Suam obligationem per se Recognoscentem hic Varsaviæ Sub Die Vigesima Mensis Martii Anno nunc currenti Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo Nobilibus Carolo Zanelli et Francisca de Tille Conjugibus datum, manuq' Sua propriâ Subscriptum, et Sigillo Suo in cera rubra hispanica expresso communitum, in omnibus et Singulis ejusdem Scripti puncris, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat et ratificat, eidemq' per omnia stare, et plene Satisfacere, se Suis cum Successoribus Submittit, ac se de et Super Bonis Suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus ubiq' habitis et habendis inscribit, obligat et assecurat idq' Sub Damnis Terrestribus Simplici Verbo absq' juramento tactandis, et Casu alicujus Contraventionis memorato Scripto præsentibus roborato ad Solvendum succumbendis. Pro quibus, ac ipsa re principali in prænominato Scripto contenta in Foro Ubiquinario Competenti Suis cum Successoribus peremptorie respondere tenebitur. Hac ejus personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Roborationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Joannes Josephus Tilly a Tilow
Vicecolonellus in Ex. Rei mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roborationis sic ut præmissum factam et recognitam &c. Acta ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Secunda. post Festum Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolor. proxima Die scilicet Quarta Mens. Maii Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraser. Illustrissimi ac Excellentissimi Dñi Dñi Procancellarii Regni.

Quietat de Summa 2222. Aureor. in specie hungaricalium e Flores Quatuor Polonicalium Grossus Jacobus Orłowski Magnum Przebendowski Palatinus Pomeraniæ, tum Gros Linda et Gostomski Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisque præsentibus Metricæ Regni Cancellariæ Nostrorum. Nobis comparens personaliter Grossus Jacobus Orłowski sanus mente et corpore ex ipsem, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria huis autem Nræ Regiæ quo ad infrascriptum recognoscenda, se suis cum Successoribus subjiciendo et incorporando, palam, sponte ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Magnificum Ignatium Przebendowski Palatinum ad præsens Pomeraniæ Ducensem, Mirachoviens. Roscierg. rensem Nrum Capitaneum, tum Grossos Ignatium Linda Specialem Plenipotentiar. et Actorium Gostomski Notarium Thesauri Regni ejusdem Officii Palatini Pomeraniæ generalem Bonor. Commissarium, de Summa Duorum Millium Ducentorum Vigenti Duor. Aureor. in Specie hungaricalium boni ejusdi ponderis tum Quatuor Florenor. in Moneta fabricata Regni Polonicalibus, a se Recognoscente ad Manualem Obligationem de data illius Vigesima quinta Mensis Junii Anno præterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo in charta blanca manu Supratati Officii Palatini Subscripta, et Sigillo ejus gentilitio Communi-

&c

ta per eosdem Gros Plenipotentem et Commissarium Datam, ipsorumq manibus propriis subscriptam, actisq praesentibus Metrices Regni Cancellariae Minoris Feria Quarta post Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Junii eodem Anno roborata, mutuo contracta, tum de Provisione ab eadem Summa proveniente, tanquam Sibi Recognoscenti, realiter, totaliter et effective ad tenorem supra enuntiatae Obligationis ex Solutis enumeratis, quietat, dimittit, liberos, absolutosq cum Successoribus deferr faciat & pronunciat, dictamq Obligationem Manualem, cum ejus roboratoria Insertione supra de actu exaratae, ab praefatam Sibi ejusmodi Satisfactionem, seu tam Summae Capitalis, quod et Provisionis effectivam Exolutionem, tollit, cassat, mortificat et annihilat, perpetuumq Sibi et Suis Successoribus in premissis imponit Silentium. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Quietationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate in manu propria se subscripsit.

Jakobus Ordowski. mp

Quam ejusmodi Quietationem. Sic ut premissum fatt et recognitt &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Feria Quarta ante Festum Sancti Stanislai Episcopi et Martyris proxima Die scilicet Sexta Mensis Maii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo Regni vero Nri Octavo Anno.

Ad Relationem Suprascripti Illustris ac Excellmi Dni Dni Pro Cancellarii Regni.

Roborat certum scriptum in rem Joseph Sederini Wasilewski S. R. Mtis Consiliarii Actum Mszus Przebendowski Palatinus Pomeraniae.

Stanislaus Augustus &c

Significamus &c. Quod coram Nobis, dictisq praesentibus Metrices Regni Cancellariae Nrae Minoris Comparens personaliter Magnus Ignatius Franciscus Dni Nomini Przebendowski Palatinus Pomeraniae, Pucensis, Mirachoviensis, Kobylinensis Capitaneus, Sanus mente et corpore existens, recedendo a Loco, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti, huic autem Nrae Regiae quo ad infra tantum recognoscenda se suis cum Successoribus, Bonisq suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte libere,

238 Libere ac per expressum recognovit, praesentibusq recognosit.
Quia Ipse Scriptum certum, seu manuale Suam Obligatio-
nem de data illius hic Varsaviae die Quarta Mensis pra-
sentis Maii Anno currenti in rem Gnosi Josephi Severini
Wasilewski Consiliarii Nostri datum, manuq Sua propria
Subscripti, et Sigillo gentilitio in cera rubra hispanica
expresso communitum, in omnibus et singulis ejus punctis,
clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat, confir-
mat et ratificat, eidemq Scripto suo stare et plene sa-
tisfacere se Suis cum Successoribus Submittit, erobli-
gat, ac se de et Super bonis Suis generaliter omnibus, si-
gnanter Palenty dictis in Palatinatu Masoviae Terra
Varsaviensi sitis inscribit et asecurat, idq Sub Damnis
Terrestribus simplici Verbo et absq juramento taxan-
dis, et ad Solvendum Casu Contrafactionis praemem-
rato Scripto, praesentiq ipsius Roboratoriae Inscriptio-
ni ~~adhaerendum~~ Succumbendis. Pro quibus Damnis
Terrestribus taliter eainde Succubitis, req ipsa prin-
cipali in Supradicto Scripto expressa. Citatus existens
coram Judicio Terrestri Sive Officio Castrensi Varsa-
viensibus Suis cum Successoribus perentorie respon-
dere tenebitur. Hac Sua personali recognitione ad
praemissa mediante. Alias in forma Roborationis de
jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu pro-
pria se Subscripsit.

Ignatius Franciscus Drzewendowski
Relatinus Pomeraniae mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem, Roboratoriam sic ut praemis-
sum fuit et recognitam Nos. Actum ut Supra.

Actum Varsaviae Feria Tertia
post Dominicam Cantate
proxima Die scilicet Decima
Nona Mensis Maii Anno
Domini Millesimo Septingen-
tesimo Septuagesimo Secundo.
Regni vero Nostri Octavo Anno.
Ad Relationem Supraseripti Illmi.
ac Excellmi Dni Dni Professed-
larii Regni.

Cedit de Villis Kutkowze et Proniatyn in Districtu
Frembovliens sitis Gnosa Theresia de Osolinskie
Potocka Palatinissa Regni Gnosa Joannis Orlowski Regen-
ti Castren Laticzovien
Stanislaus Augustus R.
Significamus Tenore. Quod coram Nobis, Actisq praesentibus
Metrices

Metrices Regni Cancellarie Nrę? Minoris, comparens perso-
naliter Grosa Thereſia de Oſſolinskie Potocka, Grosi Joſephi Potocki Inci-
ſoris Regni Conjunx Legitima, ſana mente et corpore exiſtens,
recedendo a Foro, Terris, et Juriſdictione Sua quavis propria, huic
autem Nrę Regiæ quo ad infra tantum recognoſcenda, ſe ſe
ſubjiciendo et incorporando, palam, ſponte, libere, ac per ex-
preſſum recognovit, præſentibusq; recognoſcit. Quia Ipſa inhe-
rendo Literis Conſenſus Noſtri Regii de data Varſa-
viæ Die Undecima Menſis Aprilis Anno nunc Currenti
ex Cancellaria Majori Regni emanatis, manu Noſtra Regia
ſubſcriptis, et Sigillo Regni communitis, ad præſens in ſuo
Originali illeſo exhibitis, et ad acta huc porrectis tenoris
ſequentis = Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſoviæ, Samo-
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smo-
lenſciæ, Severiæ, Czernichoviæque. Significamus præſen-
tibus Literis Noſtris quorum intereſt universis et ſingulis.
Conſenſiſſe Nos et permiſiſſe, conſentireq; et permittere
Generoſis Joſepho Potocki Inciſori Regni, et Thereſiæ de
Oſſolinskie Conjugibus, ut poſſint et valeant de omni et
integro Suo jure Adnitalitio, quod Ipsis Super Villas Kut-
kowce et Woroniatyn dictas in Palatinatu Ruſsiæ et Terra
Haliciensi Sitt servit et competit cedere, illudq; in Perſona
Grosi Joannis Orłowski Regentis Caſtrensis Latyczovi-
ensis plenarie transferre et transfundere. Cuę quidem
Ceſſio, Juriſq; transfusio poſtea quam coram Actis qui-
busvis Authenticis Regni facta et recognita fuerit,
Nos eam ratam et gratam habituri Sumus, uti eam,
quæ prævio hocce Conſenſu Noſtro peragetur. Vigore
cujus Ceſſionis, juriſque transfuſionis in virtute præ-
ſentis Conſenſus Noſtri factæ, dictas Villas Kutkow-
ce et Woroniatyn cum omnibus ædificiis, agris, pratis,
campis, Sylvis, horreis, gaiis, nemoribus, Stagnis, piſci-
nis, lacubus, fluviis, fluminibus, molendinis, taber-
nis, Subditis, cunctis denique attinentiis et pertinen-
tiis, nullis penitus exceptis, ſed ita late, longe et cir-
cumferentialiter prout ab antiquis et immediatis
Poſſeſſoribus tenebantur, præfatus Grosus Joannes
Orłowski tenebit, habebit et poſſidebit ad extrema
vitæ Suę tempora. Promittimus autem pro Nobis, et
Sereſmis Succeſſoribus Noſtris, non eſſe Nos, Sereniſ-
ve Successores Nros ab uſu et practica præſcrip-
tione Dictarum Villarum præfatum Grosum Joannem
Orłowski amaturos, neq; amovendi aut alienandi
poteſtatem cuipiam daturos, ſed Salvum et integrum
Jus Adnitalitiale eidem conservaturos. Quod et Sere-
niſſimi Successores Nri præſtabunt. Ratione cujus

Adnitalitatis

Advitalitatis solitam quartam partem proventuum quotannis ad Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Romanæ catholicæ Salvis manentibus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XI. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCLXXII. Regni vero Nostri VIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex. Loco ✠ Sigilli Majoris Regni appressi.

Consensum ad cedendum de Villis Kutkowce et Broniatyn dictis in Palatinatu Russiæ Terra Halicien. et Districtu Trembovliensi Sti Generosis Josepho Potocki Incisori Regni et Theresiæ de Ossolinskie Conjugibus Legitimis in personam Generosi Joannis Orłowski Regentis Castrensis Laticzoviensis datur. Antonius Sikorski S. R. M. et Sigilli Majoris Rni Secretarius mp. A tergo earundem Litterarum tenor verborum sequens = Cancellariatu Illmi Excellmi et Rndmi Dni Andreæ Stanislai Kostka Młodzieiowski Episcopi Posnaniens et Varsavien Abbatis Commendatarii Hebdovien Supremi Rni Cancellarii Sigillatum Est in Actis. Idem ex nunc et de facto de omni et integro jure suo Advitalitio, quod, quale et quantum sibi Recognoscenti ad Villas Kutkowce et Broniatyn in Palatinatu Russiæ Terra Halicien. et Districtu Trembovlien. si sitas vigore Juris sui una cum Gnoso Marito suo serviebat et competebat, Serviq; et competit Generoso Joanni Orłowski Regenti Castrensi Laticzoviensi cessit et abscessit, prout ex persona sua præsentis Cessionariæ Inscriptionis virtute tam de præfata Advitalitate ac jure hactenus sibi servienti, quam de supra enuntiatis Villis Kutkowce et Broniatyn, cum omnibus illarum ædificiis, curiis, agris, pratis, campis, sylvis, borris, gaiis, nemoribus, stagnis, piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus, molendinis, tabernis, subditis, illorumq; dationibus, censibus, laboribus, cunctisq; usibus fructibus, reditibus, proventibus, commodis et emolumentis, attinentiisq; et pertinentiis generaliter universis nihil pro se Recognoscente excipiendo, sed quemadmodum eadem Villas una cum Gnoso Marito suo tenuit et possedit, tenereq; et possidere debuit cedit et abscedit. Eoq; Jus Suum Advitalitium, possessionem et usumfructum in personam ejusdem Gnosi Joannis Orłowski transfert, transfundit, derivat et incorporat plenarie et ex integro. Intromissionem realem cum actuali

et

et quieta possessione in supra expressas Villas quovis tempore ac prout juris officiole capiendam dicto Procop Joanni Ortowski Regenti Castrensi Latiszoviensi Cessionario suo amodo dat et admittit, eandemq nec per se, nec per quasvis subordinatas personas, prapeditoram, denegaturam, aut pacificam possessionem illius interturbaturam se se submittit, inscribit et obligat. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Cessionis de jure plenissima. Pro majori verò firmitate manu propria se subscripsit.

T Potocka

Quam ejusmodi Inscriptionem Cessionariam, sic ut præmittitur facti et recognitã, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes Pro Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quarta pridie Festi Ascensionis in Cælum Christi Domini Die scilicet Vigesima Septima Mensis Maii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni verò Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Inscribit Plenipotentes Mgca Alexandra de Ducibus Zartoryskie Oginska Suprema Exercituum M. D. Lith. Ducissa.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Magca Alexandra de Ducibus Zartoryskie Oginska Mgci Michaelis Oginski Supremi Exercituum M. D. Lith. Ducis Consors Legitima pro re et interesse præfati Magci Mariti sui in assistentia Illmi Michaelis Przezdziecki Capitanei Pincensis uti ejusdem Mgci Mariti sui Proximioris agens, sana mente et corpore existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus et Juriisdictione sue quavis propria, huic autem Nræ Regiæ quo ad vacuum factum recognoscenda se subjiciendo et incorporando, palam, sponte, ac per expressum recognovit, prædictisq; recognoscit. Quin Ipsa ad Causas omnes et singulas Sui Magci Mariti in quovis Judicio et Subsellio Regni Majori et Minori, tum etiam Commissionum Reipublicæ Thesauri, et Belli ac Nostris

assessoriales

242 Assessorialibus cum quibuscunq; personis tam ex actoratu quam et reatu, occasione quarumcunq; rerum et negotiorum, ac ex quovcunq; titulo dependentes, instituhs aut instituendas inclitos, certos, Legitimos, indubitatos ac Speciales Plenipotentes Grosos Florianum Drewnowski, Antonium Rogalski et Michaelem Wegrzecki elegit, creavit, constituit, inscribit et Solemniter ordinavit, prout praesentibus ad Triennium integrum elegit, creat, constituit, inscribit et Solemniter ordinat. Dans et tribuens eisdem Grosis Plenipotentibus plenam potestatem et omnimodam facultatem. Causas eas omnes et Singulas supra expressum Suum Maritum suum concernentes promovendi, tuendi, defendendi, juridicas exceptiones inferendi, legitimos Processus observandi. Decreta in minoribus Subsellijs in favorem [Cujus nomine] quatenus Lata, acceptandi, a Contrarijs adhuc Subsellium movendi et appellandi, eandemq; motiones et appellationes prosequendi. Cateraq; ad Causas attentandas necessaria peragendi et exequendi. Cavens et inscribens, se, id totud, quod per supranominatos Gros Plenipotentes rite et juridice peractum fuerit, pro rato, firmo ac valido haburam & Susceppturam. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias informa Plenipotentiæ ad Causas de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Alex: Oginska

HWWXL

M. Przezdziecki Atta Pinski jako Assystent do tego Actu.

Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum facti et recognitu, Nos firmam, ac de jure validam haberi volentes, eandem ad Acta Curiæ Suscipi &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Die scilicet Quarta Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni

vero

vero Nostri Octavo Anno.
Ad Relationem Suprascripti Illmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Roborant certam Complanationem Inosi Alexander et Joannes Zaltowscy Succamerarii Gostinenses ab una, et Grofus Maximilianus Sierakowski Tribunus Palatinatus Placensis parte ab altera.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq presentibus Metricis Regni Cancellaria Nra Minoris Comparentes personaliter Grofi Alexander olim Grofi Joannis Succamerarii Gostinensis, tum Joannes olim Bartholomei Filii, Patruus et Filiaster Zaltowscy, olim vero Venerabilis et Religiosi Valentini Michaelis binorum nominum Zaltowski Ordinis Sancti Benedicti Conventus Placensis Abbatis Filiaster et Nepos germani, Substantiisq illius Derelictæ Mobilis et immobilis jure Naturali ex una, et Grofus Maximilianus Sierakowski Tribunus Sabinatus Racz, olim Grofi Hieronymi Filius jure Quæsito Successores parte ex altera, Sanimentibus et Corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda se Suis cum Successoribus bonisq Suis generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, palam, Sponte, ac per expressum recognoverunt præsentibusq quilibet ex persona Sua recognovit. Quia Ipsi Certam Complanationem hic Varsaviæ de data Illius Diei hesterna videlicet Tertia Mensis et Anni Currentis, ratione in ea Contentorum inter se Partes Recognoscentes mutuo et ab invicem initam, et Concludatam, Manibusq Sui Partium propriis eidem subscriptam, Sigillisq gentilitiis communitam, Vadisq Mille Fungentorum Aureorum Hungaricalium firmatam, in omnibus et Singulis ejus punctis, clausulis, nexibus, conditionibus et ligamentis, ac cum paragraphis et limatura roborant, approbant, confirmant et ratificant, Lideinq Complanationi tam in toto, quam in minima illius parte stare, parere et satisfacere sese Suis cum Successoribus de et super bonis Suis generaliter omnibus habitis et habendis inscribunt, obligant

et

et assecurant, idque Sub Vadio Similis Summae Mille quingentorum Aureorum hungaricalium per Partem Supra-Dictae Complanationi in quopiam contravenientem, Partiti eandem tenenti irremissibiliter ad Solvendum Succumbendo. Pro quo, ac re ipsa principali ibidem expressa Pars contravenions Data existens, in Foro, seu Judicio Palatinatus Plocensis, suis cum Successoribus peremptorie prædictis quibusvis dilationibus et exceptionibus, respondere tenebitur. His eorum personalibus recognitionibus ad præmissa mediantibus. Aliasque in forma Roborationis De jure plenissima. Pro majori vero firmitate manus propria se Subscripserunt.

Alexander Zoltowski ppmp

Joan Zoltowski L. G. Affes

Matthias Broz ze Mayhoz Sieradzensis Tribunus Plus Plocen mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum factam et recognitam Nostram ac de jure Validam haberi volentes Ex Actorum ut supra.

Quietant de Summa 3000. Aureor hungarica-lium Gnosi Alexander et Joannes. Succamerarida Gostinery Zoltowscy Venerabilem Antonium Custodem Metropolitanum Gnesnen Decanum Cathedralem Plocen et Maximilianum Tribunum Palatinatus Plocen Sieradzkowskich Fratres.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus Tenore Quod coram Nobis, Regnique præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris, comparentes personaliter Gnosi Alexander olim Gnosi Joannis Succamerarii Gostinensis, tum Joannes olim Bartholomæi Filii Patruus et Filiaster Zoltowscy, alias vero Venerabilis et Religiosi Valentini Michaelis Sinor Nominum Zoltowski Ordinis Sancti Benedicti Conventus Plocensis Abbatis Filiaster et Nepos germani, Substantiæque illius derelictæ Mobilis et immobilis juxta naturalis Successores, Sani mentibus et Corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda se Suis cum Successoribus Suis

suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, vene-
vole, ac per expressum recognoverunt, praesentibusq; recognoscunt.
Quin Ipsi insistendo Complanationi certe inter de Recognoscen-
tes ab una, et Grosum Maximilianum Sierakowski Tribunum
Palatinatus Plocz parte ab altera sub die hesterna initæ, actiq;
praesentibus Hodierno sub Actu mutuo et ab invicem roboratæ,
jam ea nunc et de facto Venerabilem Antonium Custodem
Metropolitanum Gnesnen. Decanum Cathedralem Plocz
tum supra dictum Grosum Maximilianum Tribunum Pala-
tinatus Plocensis, Sierakowskich Fratres inter se germa-
nos de Summa Trium Millium Aureor. Hungaricalium
justi ponderis, per eosdem Venerabilem et Grosum Sierako-
wskich Fratres mediante Inscriptione Obligatoria Coram
Actis Castren. Ravensibus Sabbatho post Festum Sanctor.
Viti et Modesti Martyrum proximo Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Sedagesimo Octavo in rem dim.
Venerabilis et Religiosi Valentini Michaelis Lini nomi-
nis Zoltowski Ordinis Sancti Benedicti Conventus Plo-
cen. Abbatis, Ipsiusq; Sanguinis Successorum recognitâ
Super Bonis illorum propriis et hereditariis Mayko-
wa dictis in Palatinatu Plocen. et Districtu Bielscen.
sitis et jacen. hipothecata et assecurata, tum de eadem
ipsa Inscriptione Obligatoria, ejusq; omnibus nexibus,
vinculis et ligamentis, ab praestitam Sibi Recognoscen-
tibus Successoribus ad mentem alte memoratæ Compla-
nationis Sufficientem Satisfactionem, Summaq; pre-
nominatæ Trium Millium Aureor. Hungaricalium
totalem et effectivam exsolutionem, cum ipsorum Suc-
cessoribus quietant, emittunt, liberaq; et absolutos
in perpetuum faciunt et pronuntiant, dictamq; Inscri-
ptionem Obligatoriam supra de Actu expressam ex
toto et integro cassant, mortificant et annihilant,
nihil amplius Sibi Recognoscentibus Suisq; Succes-
soribus intuitu premissæ Summæ jam præsentibus
acquietatæ ac supra enunciata bona Maykowa
juris et praetensionis reservandæ, quinimo illa jam
ex nunc libera eisdem Grosis Sierakowskim Fratri-
bus Dimittunt. Hisq eorum personalibus recognitio-
nibus ad premissa mediantibus. Alias in forma
Quietationis de Summa et Inscriptione Obligatoria
prout de jure plenissima. Pro majori vero firmitate
manibus propriis se subscripserunt.

Alexander Zoltowski P.G.m.p.

Jan Zoltowski L. J. Ass.

Quam hujusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut
premissum facit et recognitt &c. Actum ut supra.

Sub eodem Actu

Sub eodem Actu.

Oblata Privilegii super Molendinum in Villa Polskie Swiecie Capitaneatus Radzinens sitt Jnofo Christophoro Reinschmidt Locumtenenti in Regimine Pedestris Guardie M.D. Litt.e collati.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod veniens personaliter ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellarie Vrē Minoris Jnofus Christophorus Reinschmidt Locumtenens in Regimine Pedestris Guardie M.D. Litt.e obtulit, et ad acticandum porrexit Privilegium Nrum Originale in pyro scriptum, Eidem Offerenti Super Molendinum in Villa Polskie Swiecie dicta cum certis Mansis sitatum per Nos benigne concessum, Manu Nrâ Regia subscriptum, Sigillog Minori Regni communitum, Sanum et illesum, ac jam in Actis Castrensibus Varsaviensibus ablatum, tenoris Segnentis.= Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscie, Severiæ et Czerniechoviæ. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos hactenus rationem fidelium obsequiorum Jnofi Christophori Reinschmidt Locumtenentis in Regimine Pedestris Guardie Magni Ducatus Lithuaniæ, faciendum esse duximus, ut Eidem, Successoribusq illius quare Culmensi Molendinum in Villa Polskie Swiecie ad Capitaneatum Radzinensem spectante in Palatinatu Culmensi sita, cum certis Mansis post quatervis ultimos Legitimos Possessores vacans daremus et conferremus, prout quidem præsentibus Literis Nostris damus et conferimus. Quod Molendinum cum certis Mansis in Villa prædicta Polskie Swiecie situm, Suprafatus Jnofus Christophorus Reinschmidt, Ejusq Successores cum omnibus curiis, prædiis, mansis, agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus, virgultis, rubetis, apisteriis, molliticiis, fluviis, fluminibus, commodis et emolumentis, cunctis denique attinentiis et pertinentiis vigore Privilegii Originalis Jure Culmensi tenebit, habebit et possidebit; Non prius tamen possessionem dicti Molendini adeat ac ingeat, nisi idem prius jure evicerit. Promittimus autem pro Nobis.

Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse Nos, Sere-
nissimosq Successores Nostros ab usu et pacifica possessione
memorati Molendini cum certis Mansis amaturos, neq anno-
uendi, alienandiq potestatem cuipiam daturos, sed salvum
et integrum Jur ipsi, illiusq Successoribus conservaturos,
quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt. Ratione
cujus juris Solitam proventuum quartam partem ad thesau-
rum Regni quotannis inferre tenebitur. Juribus Nostris
Regalibus, Reipublicae, Ecclesiaq Romano-catholicae Salvis.
In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die
XX. Mensis Decembris Anno Domini MDCCLXXI.
Regni vero Nostri VIII. Anno. Stanislaus Augustus Rex.
Loco ✠ Sigilli Minoris Regni. Molendinum in Villa Bl-
ski Swiecie cum certis Mansis situm, ad Capitaneat-
tum Radzinensem in Palatinatu Culmensi jacentem
spectans, post quosvis ultimos et legitimos Possessores
vacans, Groso Christophoro Reinschmidt Locum tenenti
in Regimine Pedestris Guardiae M.D. Lith. ejusq Succes-
soribus Jure Culmensi datur. Joannes Karnicki Pra-
fectus Arcium Ducatus Livoniae S.R.M. et Minoris
Sigilli Regni Secretarius mp. A tergo ejusdem Privi-
legii tenor verborum sequens est adscriptus. Prolan-
cellariatu Illmi ac Excellmi Dni Dni Joannis in
Warklany Pole Comitis a Borch Prolancellarii Re-
gni Ludnens, Daugielisces Ruthenicq Capitanei
Sigillatum. Est in Actis. Testimonii Oblatae dicti
Privilegii in Actis Castri Varsaviae, ibidem a tergo
adnotati, ea est Series. In Curia Regia Varsavien-
si Feria Secunda post Festum Sanctorum Trium
Regum, videlicet die 13. Mensis Januarii Anno
Dni 1772do Praesens Privilegium ad personalem
Oblationem Grosi Christophori Reinschmidt est
Susceptum et ingrossatum, quod testor. Alexius
Puchala Susceptans mp. Quod ejusmodi Privilegium
sic ut premissum oblatum, Nos ad Acta hucce Me-
trices Suscipi, iisdem inseri, et ei illis fideliter
rescriptum Parti requirenti authentice extradi,
Originale ipsum Gnbto Referenti restitui jussimus.
De quo sibi restituto Cancellariam Nram quieta-
vit, quietat praesentibus, ac proprio firmiori manu
proprie Subscripsit.

Christoph Reinschmidt mpria

In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quarta
prædie Festi Sacratissimi Cor-
poris Christi Domini, Die scili-
cet Decimaseptima Mensis
Junii Anno Ejusdem Millesimo
Septingentesimo Septuages-
mo Secundo Regni vero Nostri
Octavo Anno.

Ad Relationem Suprascri. Illmi ac Excellmi Dni Dni Procan-
cellarii Regni.

Roborat Scriptum in rem Magci Basilii Walicki
Castellani Ravens datum Andreas in Christo Pater An-
tonius Ostrowski Episcopus Vladislavien.
Stanislaus Augustus Rex.

Significamus Re. Quod coram Nobis, Actisq; præsen-
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris com-
parens personaliter Andreas in Christo Pater Antonius Casimi-
rus Lini Luminis Ostrowski Episcopus Vladislaviensis
et Pomeraniæ Sanus mente et corpore existens, renden-
do à Foro, Terris, et Jurisdictione Sua quavis propria
et competenti, huic autem Nræ Regiæ quo ad infra tan-
tum recognoscenda se cum Successoribus Sanguinis bonisq;
generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, gratan-
ter, ac per expressum recognovit, præsentibusq; re-
cognoscit. Quia Ipse Scriptum certum, seu manualem
obligationem a se Recognoscente Magco Basilio
Walicki, Castellano Ravensi sub die Duodecima
Mensis præsentis Junii Anno Currenti hic Varsaviæ
datum, manu Sua propria exaratum et Subscriptum.
Sigillo gentilitio in cera rubra hispanica expresso
communitum Vadiq; Duorum Millium Aureorum
Hungaricalium firmatum, in omnibus ejus pun-
ctis, clausulis, nexibus et lignamentis approbavit, ro-
boravit, et ratificavit, præsentibusq; approbat, robo-
rat et ratificat, eidemq; tam in toto, quam in quavis
illius parte stare, præstare, et plene Satisfacere, se
suis cum Successoribus Sanguinis Submittit, ac de,
et Super Bonis Suis generaliter omnibus Mobili-
bus et immobilibus Habitis et habendis, signanter
Palatio et Lapidea suis hæreditariis, hic Varsaviæ
sitis, inscribit, obligat et assecurat, eidq; Sub Vadio simili

Supra expresso

supra expresso, casu alicujus memorato Scripto Suo, et praesenti illius Roboratoriae Inscriptioni Contraventionis ad Solvendum Succumbendo. Pro quo, ac ipsa re principali in eodem Scripto contenta, Citatus existens aut Sui Sanguinis Successores Citati edixerint, in Judiciis Commissionis Reipublicae Thesauri Regni, aut Officio Castrensi Varsaviensi [: quod Forum sibi eligit :] peremptorie respondere tenebitur, et tenebuntur. Hac Ejus personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma Roboratoriis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se subscripsit.

Antonius Ostrowski Epcus Vladislaviensis et Pomeraniae

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissum facti et recognitam &c. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Sabbatho intra Octavam Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Die scilicet Vigesima Mensis Junii Anno ejusdem Millesima Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Supraseri Illmi ac Excellmi Dni Dni Procancellarii Regni.

Roborat Scriptum in rem Grosi Casimiri Wykowski Castellani Visegrodensis datum Grosa Catharina de Potockie Kossakowska Castellana Kamionensis.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq' praesentibus Metricas Regni Cancellariae Nrae Minoris comparens personaliter Grosa Catharina de Potockie Kossakowska Castellana Kamionensis relicta Vidua sana mente et corpore existens, recedendo à Loco, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti, huic autem Nrae Regiae quoad infra tantum recognoscenda se Suis cum Successoribus, bonisq' suis generaliter omnibus Subjiciendo et incorporando, palam, sponte, ac per expressum recognovit, ipsaq' praesentibus recognoscit. Quia Ipsa Scriptum certum, seu manualem obligationem et assecurationem suam, a se Recognoscente Grosso Casimiro Wykowski Castellano Visegrodensi sub

Die

250. die hesterna videlicet Decimanona Mensis presentis Junii Anno currenti hic Varsavie datum, manu sua propria Subscriptum, Sigillog gentilitio in cera rubra hispanica expresso communitum, in omnibus et singulis illius Scripti punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbavit, roboravit, et ratificavit, presentibusq approbat, roborat et ratificat, Eidemq Scripto suo se tam in toto, quam in quavis illius parte et conditione parituram et plene satisfacturam cum Suis Successoribus offert, Submittit, de de, et Super bonis Suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus habitis et habendis, Signanter Clavi Stanislaoviey et Lysiecensi, tum Summis quibusvis pecuniariis inscribit et assecurat, eidq sub Damnis Terrestribus casu alicujus Contraventionis memorati Scripto Suo, et presenti illius Roboratorie Inscriptioni ad Solvendum Succumbendis. Pro quibus, ac reipsa principali in prænominato Scripto contenta. Forum Ubiquinarium competens ad respondendum peremptorie Sibi Recognoscenti, Suisq Successoribus assignat. Hac Sua personali recognitione ad premissa mediante. Aliis informa Inscriptionis Roboratoriæ de jure plenissime. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Rex Patricius Ussia Lowicz

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut premissam facit et recognitt &c. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Tertia in Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ Die scilicet Vigesima Tertia Mensis Junii Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo. Regni vero Nri Octavo Anno.

Ad Relationem Inscriptoris Stroni ac Excellmi Dni Dni Cancellarii Lmi

Roborat Scriptum in rem Domi Joannis Skarzynski Tribuni Gostinen datum Alma Alexandra de Dzieduszyckie Ogincka Suprema Exercituum M.D.Lit. Dux.

Stans. Augustus &c

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq Officii Metrices Regii Cancellariæ Nræ Minoris Comparens Spectabilis Magna Alexandra de Dzieduszyckie Ogincka.

Mtis

Magtu Michaelis Oginski Supremi Exercituum M.D.Litt.
Ducis ad praesens extra fines Regni degentis Consors Legiti-
ma, in debita de jure assistentia videlicet Joan Joachimi
Chreptowicz Secretarii Magni Ducatus Litt. uti Magtu
Mariti Sui Consanguinei agens, Sana mente et corpore
existens, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Juris-
dictione Sua quavis propria, huic autem Nrae Regiae quo
ad infra tantum recognoscenda se se Suis cum Successori-
bus bonisq generaliter omnibus, subjiciendo et incorpo-
rando, pactam, et sponte, ac per expressum recognovit. Quia
Ipsa Scriptum Certum, seu Obligationem Suam ma-
nualem per se Recognoscentem Josepho Joanni Skarzyn-
ski Tribuno Gostinęy. Sub die hodierna, in actu Con-
tenta datum, manu Sua propria, et Grosi Assisten-
tis Subscriptum, Sigillogq gentilitio in cera rubra hispa-
nica expresso communitum, in omnibus et singulis
ejus punctis, clausulis, nexibus, ligamentis appro-
bavit, roboravit, et ratificavit, praesentibusq approbat,
roborat et ratificat, Eidemq Scripto sub praesentiq
Ipsius roboratoriae Inscriptioni in toto parere et plene
Satisfacere Se Se Suis cum Successoribus Submittit
et obligat, ac de et super bonis Suis generaliter om-
nibus hereditariis et obligatoriis tam in Regno Polo-
niae quam Provinciis Magni Ducatus Litt. habitis et ha-
bendis inscribit et assecurat, eidq Subdamnis Incogniti-
bus Casu Contravention is alicujus ad Solvendum Suc-
cumbendis. Pro quibus, ac ipse re principali in supra
dicto Scripto contenta, citata existens, Foro proprio
renuntiando, in Judiciis Commissionis Reipublicae
Thesauri Regni Suis ac Successoribus peremptorie
respondere tenebitur. Hac sua probi recognitione ad-
hibita mediante. Alias in forma Roborationis de jure
potiori. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit

Alex: Oginska

Huwxl

Joachim Chreptowicz
Secretarz Wxt. Jabł
affirmans.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sic ut
praemissum facto et recognitoq. Actum ut supra.

Actum Varsaviae Sabbatho
in Vigilia Festi Sanctorum
Petri et Pauli Apostolorum.

Die

Die scilicet Vigesima Septima Mensis Junii Anno Domini Mil-
lesimo septingentesimo Septua-
gesimo Secundo. Regni vero Nostri
Octavo Anno.
Ad Relationem Supraxeri Illmi
ac Excellmi Dni Dni Prosancella-
rii Regni.

Quietat Grosus Ignatius Balicki Vicepalatinus Distri-
ctûs Urzędoviens Grum Hyacinthum Malachowski
Referendarium Regni de Summa 700 Aureor hunga
ua cum Provisione.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod coram Nobis, Actisq praesentibus
Metrices Regni Cancellaria Nra Minoris comparens per-
sonaliter Grosus Ignatius Balicki Vicepalatinus Distric-
tus Urzędovien. Sanus mente et corpore existens, receden-
do a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sue quavis
propria, huic autem Nrae Regiae quo ad infra tantum
recognoscenda se se Subjiciendo et incorporando. pa-
sponte, ac per expressum recognovit, praesentibusq re-
cognoscit. Quia Ipse Grosum Hiacinthum Malacho-
wski Referendarium Regni de Summa Septingen-
torum Aureorum hungaricalium in Specie boni et
justi ponderis, mediante certo Scripto Manuali
De data illino Sexta Mensis Julii Anno praeterito
Millesimo Septingentesimo Septuagesima Primo
hic Varsaviae dato, Actisq praesentibus Metrices
Regni Feria Quinta ipso Festo Sancti Petri in Vin-
culis Die scilicet Prima Mensis Augusti Anno
eodem roborato. ad Solvendum Sibi Recognoscenti
debita et assecurata, nec non Provisione annua
ab eadem Summa provenienti et Stipulata, ob
praestitam Sibi Recognoscenti Satisfactionem, seu
Supra recensitae Summae Septingentorum Aureor
hungaricalium in specie, tum Provisionis, realem,
totalem et effectivam ad manus Sui Recognoscentis
exsolutionem, quietat, emittit, liberum, absolutum,
in perpetuum cum Suis Successoribus facit et pronun-
tiat, nihil amplius juris, praetextus et praetensionis
respectu ejusdem Summae Capitalis aut Provisionis
ad Supra expressum Grosum Referendarium Regni
illiusq Successores Sibi Recognoscenti, Successoribus
Suis reservando, imo tam Supra enunciatum Scriptum
Manuale, quam et Roboratoriam ipsius Inscriptionem

Supra

supra de acta expressam ex toto et integro cassat. tollit, mortificat et annihilat. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias informa Quietationis de jure plenissima. Pro majori vero firmitate manu propria se Subscripsit.

Igns Balicki

Quam ejusmodi Quietationem sic ut premissum fuit et recognitam &c.
Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feria Quarta pridie Festi Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ die scilicet Prima Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo secundo. Regni vero Nostri Octavo Anno.

Ad Relationem Suprascripti Illmi ac Revdi Dni Dni Prosancellarii Regni.

Coborat Indus in Christo Pater Hieronymus Szeptycki Episcopus Plocensis certam Transactionem intuitu dividendæ post fata Sua in Suos Successores propriæ Substantiæ confectam.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum ad Supplicationem Indi in Christo Patris Hieronymi Szeptycki Episcopi Plocensis in ægra valetudine constituti, et in suo Palatio hereditario sito Varsaviæ in Suburbio Cracoviensi decumbentis, ac ideo publica adire non valentis, per certos Consiliarios Nros ad Nos factam Generosum Joannem Nepomucenum Skarzynski Secretarium Nostrum, et Actorum Metricæ Regni Cancellaria Nra Minoris Præfectum pro recipienda ab ipso infrascripta recognitione Mediante Rescripto Nro sub Datum Varsaviæ Die hodierna Anno nunc currenti inhærendo Statutis et legibus Regni deputassemus, utq; Eundem Nobis in Christo Patrem cum Actis Metricis Regni adiret, perminus Iidem Generosus Joannes Nepomucenus Skarzynski Secretarius Noster Deputatus, functus suo officio rationemq; deputationis Suæ reddens, patam et publicè retulit. Qualiter die hodierna in Actu Contenta, coram se Deputato, Secretario Nro Actisq; præsentibus Metricis Regni Cancellariæ Nræ Minoris comparens personaliter Supradictus Indus in Christo Pater Hieronymus Szeptycki Episcopus Plocensis corpore quidem ægro, mentis tamen et sanæ rationis personam compos, recedendo a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, huic tamen Nræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda, se cum bonis Suis generalr omnibus subjiciendo et incorporando, palam, sponte et benevolè recognovit, Quia Ipse Transactionem infrascriptam ac Generosæ hic Varsaviæ sub die Quinta Mensis Aprilis Anno currenti confectam, Manuq Sua propria Subscriptam Sigillaq; gentilitio communitam, ad altaq; hæc portractam, tenoris in Idiomate Polonico Sequentis &c. Łaski y Błogosławieństwa Bożkiego maiąc po części Spadkowy, lecz nie równie wielkiey dobrodkowy Substancyi ruchomey y nieruchomey, gdy potwierdzonemi dotąd Łaskami Zdrowia potrzebuiąc przyczynienia coraz więcey teyże Fortuny, odbiera sposob pewnego y nieodmien-

nego

nego Sey między Sukcessorow podziału. Przeto ten Podział Sey iak wielka
się Zostanie po śmierci mojey Zostawiwszy sposob dzielenia niżeyszą
wyrażam y ubespieczam Praktykuią. Będąc tylokrotnie na Deputa-
tich Iuridykach napatrzyłem się, iak wiele Sukcessorowie tracą Fortu-
ny niż pożytkuią pewną Regułę iakim sposobem in Stirpes czy in Ca-
pita po Swoich Antecessorach Dzielić się maią, tymbardziey gdy kil-
koratkich Trybunałow coraz odmienne wyroki wypadaią. Ja maiąc
Z dwoch Braci moich w nierowney liczbie idące Corki y Syny, to
iest od Jerzego Starosty Obuchowskiego iuż umarłego iednego
Syna y dwie Corki, a Ks. od Franciszka Stolnika Lwowskiego dotąd
żyiącego Sześciu Synow y dwie Corki: Obawiaiąc się po moiey
Śmierci podobnych a Sukcessyą kwestyi. Lubo od Franciszka
Brata moiego w przypadku gdyby mnie przeżył, Zrzeczenie
się wszelkiey po mnie Sukcessyi otrzymałem, a po takowym
Zrzeczeniu się w równym Stopniu pozostali Synowcowie moi,
iako każdy z nich równą krwią do mnie należy, tak do For-
tuny mojey która nie inaczey iak przez krew spada rownie
każdy bez żadney wątpliwości należyć by powinien, z tym
wszystkim obawiaiąc się, aby chęć większego mienia w ie-
dnym nad drugich do prawnych sporow pochopu nie da-
ła, a przez to Straty Fortuny y zaszczepienia niechęci
między Braćią przyczyną nie była: Maiąc moc Prawem
pozwoloną rozporządzać Swoią tak chuci rozporządzi,
a tey nie na Stratę Fortuny, lecz na iey powiększenie
y poświadczenie równego affektu ku każdemu z Synow-
cow moich używaiąc, że Wolą moią y rozporządzenie
do Prawa Natury y Sprawiedliwości stosowaną wyra-
żam: chcąc ażeby Synowcowie moi, którzy na ten czas po
mojey Śmierci żyć będą, cała pozostała po mnie w Do-
brich Summach, inkludując y te, które za Starostwo
Cucułowskie wytrzęsłem y w wszelkich ruchomościach
Fortuną, która nad rozporządzenia moie in Stia Legata
zostawać będzie, równym na każdego głowę działem mię-
dzy siebie rozdzielili. A z całey Jey Massy Czterem Siostrom
Swoim każdey po Trzydziestu Tysięcy Złotych Polskich prócz
Pogrzebow które z dobr Oyczystych y Macierzystych dla nich
należą, naydaley w rok po mojey Śmierci wypłacili, y be-
spieczney Lokacyi tych Summ dopilnowali. Jako Zaś Regu-
ła Prawa mię uczy, iż kto bierze Sukcessyą, iest zaraz Cwi-
ktorem Actuum Antecessora Swoiego, tak w niezawo-
dney pewności, iż żaden z Synowcow moich tey Woli wy-
rażney mojey nie będzie mogł naruszać teraźnieyszą
Dyspozycyą iako Actum liberum et deliberatum Ręką
własną podpisawszy Aktami Metryki Koronney roboru-
ię. Datt w Warszawie Dnia Piątego Kwietnia Roku Ty-
siącznego Siedmsetnego Siedmdziesiątego Drugiego.
Powtarzaiąc Wolą moią że post mea fata mea substan-
cyie moie tak ruchome iako y nieruchome chcę mieć nie in
stirpes lecz in capita między Synowcow z dwoch Braci mo-
ich pochodzących podziełonk. Na co dalepszey wagi te Pra-
sentye ręką własną przy Zwykłey pieczęci podpisuię et in
actis Metricis roborowai chcę. Hieronim Szeptycki Biskup
